Dn. LUDOLPHI SCHRADERI
JURISCONSULTI CLARISSIMI
TRACTATUS.

Selectissimarum & practicabilium quæstionum de iuribus incorporalibus, emphyteusi, molendinis, ædificijs, seruitutibus earumq; præscriptione, aëre, peste, aquâ profluente, mari, jure nauigandi, piscandi: de insulis, territorio, quæq; his cognata sunt, ad materiam libri II. tit. primi Institut. cum concordante tit. ff. de rerum diuisione.

Omnibus tàm in scholis quàm foro versantibus apprimè vtilis, & nunc primum in lucem editus,


Operâ & studio

Dn. JOANNIS BRANDIS, JC. HILDESHEIM. ET COLLEGII SAXONICI in Academia Erphurdiana patroni.



Cum priuilegio S. Cæs. Maiestat.

Curâ & sumtibus HENNINGI GROSII *Bibliopolæ Lipsiensis*



Beneuolo Lectori
IOHAN. BRANDIS.
I. V. D. Salutem.



N editione commentarij eius Schraderiani, qui materias libri primi Institutionum Imperialium continet, polliciti sumus, hunc quoq; RERUM tractatum fertilissimum, multasq́; quæstiones partim veteres nouè: partim recentes doctissimè explicantem: sicuti inter cætera materiam molendinorum, tàm aquaticorum, quàm aëreorum vberrimè, quam quisquam antehac pertractat: iuris autem nauigandi, piscandiq́;, in mari maximè: deinde insularum ac seruitutum, item ædificiorum, aëris, pestis, emphyteuseos, feudi, quæq́; hisce de

rebus exoriri frequentiùs poſſunt quæſtiones ſumma dexteritate explanat: quare vt & promiſſa fides ſequeretur, & via CONSILIIS SCHRADERIANIS ſtrata iam, non impediretur, exhibendum hunc tractatum putauimus quàm maturrimè, commendatione ſanè noſtra minimè indigentem.

Et verò etiamſi opus ei eſſet iudicio noſtro, id tamen, hoc quidem auctore, veremur interponere: ne aut plùs ei tribuentes quàm fas ſit, Typographo magis quàm auctori voluiſſe conſulere: aut non ſatis operis dignitatem vtilitatemq; exprimentes, nec intellexiſſe rem, & auctoris exiſtimationem minuiſſe videamur.

Vale.



INDEX

Index Materiarum
QVÆ HOC TRACTATV CONTINENTVR.

§. 23.

Summa


Summa Priuilegij Imperialis.

CAutum Cæsareæ Maiestatis Priuilegio est, ne quis LVDOLPHI SCHRADERI *I.Cti commentarios ad diuersos institutionum Imperialium titulos, vt & deliberationes & responsa eiusdem, à D. Ioanne Brandes edita, sine Henningi Grosij Bibliopolæ Lipsiensis permissu, intra decennium, ab editione cuiusq; computandum, in imperio, hoc vel alio charactere recudat, siue recusa vendat, aut alio quoquo modo distrahat, sub pœnâ decem marcharum auri puri, dimidiâ parte Fisco, dimidiâ verò parti læsæ applicanda, &c.*

Rudolphus mpp.

Io. W. Freymond r?. ad mandatum Sacræ Cæsar. Majestat. proprium.

A Benck.



D. LVDOLPHI SCHRADERI

Iurisconſulti celeberrimi

Tractatus.

De Rebus, earumq́; varijs appellationibus, diviſionibus, & qualitatibus.

Principium

In quo diſſeritur, de uſu atq; neceßitate cognoſcendi tituli in unaquaque re.

SVMMARIA.

1. Titulum explicans ſignificationem eius explicare debet.

2. Ad Tituli ſignificationem pertinentia, non ſunt aliena à materia eiuſdem.

3. Tituli ſignificatione non cognita, intelligi aut diſci nequeunt comprehenſa ſub eo.

4. Teſtis ſimpliciter ad teſtimonium iuratus extra articulum interrogari non debet,

5. Teſtis

5. Testis extra articulum interrogatus nullam fidem facit, fallit hoc ibid. n. 6. & 7. 8.

9 Testis super articulis simpliciter juratus, indistinctè interrogari potest de intellectu tituli vel materiæ super qua examinatur.

10. Testis super mutuo examinatus, si interrogatus, quid sit mutuum respondet se ignorare, nil probat.

11. Testis super consuetudine, nesciens quid sit consuetudo, nihil probat.

12. Testis super famam, eam definire nesciens, nil probat. declaratur hoc n. 13. remissiuè.

14. Notarius qui se certiorasse dicit mulierem, de S.C. Vellejano interrogari potest quid sit.

15. Notarius nesciens quid sit S.C. Vellejanum non probat assertus instrumento mulieris renunciationem.

16. Fulgosij & Alexandri sententia declaratur.

17. Decij distinctio laudatur.

18. Tituli cognitio necessaria ad cognitionem legum est.

19. Dubia, obscura verba à titulo interpretationem capiunt.

1 VLPIANVS I. C. RECTE MONET, VT EXPLICATVRVS materiam alicuius Tituli, ea quæ ad significationē illius Tituli pertinent præmittat *l. 1. ff. si cert. petatur*. Namq; certum
2 est, ea, quæ ad significationem tituli spectant, â materijs, sub illo Titulo comprehensis,
3 aliena non esse: sed multò magis ea quæ in titulo aliquo traduntur, nec intelligi, neque disci posse, nisi cognita
4 perspectaq; significatione Tituli. Ideóq; licet testis qui simpliciter sub articulis veritatem dicere iuravit, extra
5 articulum interrogari non debeat, eiusq; depositio extra articulum facta fidem nullam faciat *c. de testibus & ibi Abb. & Felyn. extra de testib. gl. l. si quis libertatem. § fin. arg. ill. tex. ff. petit. hared gl. in l. si duo patroni § idem Iulianus*

Iulianus arg. ill. tex. & ibi Bart, Alex. Iaſ. & Doctores ff. de iureiurando. Alex. conſ. 99. nu. 7. lib. 3. Niſi teſtis exa- 6
minetur, aut deponat, vel ſuper cauſa facti in articulis contenti *Imol. in c. ſuper hoc coll. 14. Verſ. pen. hac etiam lectura & ibi Anton. de But. col. 6. extra de renunciat: Felyn. c. de teſtib. extra de teſtib.* Vel ſuper neceſſariò 7
connexis illis quæ in articulis continentur. *Ang. & Paul. de Caſt. l. 2. & ibi Iaſ. nu. 6. ff. iuriſd. omnium iud.* Vel ſu- 8
per interrogatorijs partis aduerſæ *card. pariſ. conſ. 88. nu. 20. lib. 3.* Tamen teſtis qui ſimpliciter iurauit ſupra ar- 9
ticulis veritatem dicere indiſtinctè interrogari poteſt, quomodo ipſe intelligat vel verba articuli, vel materiam, vel titulum illius materiæ de qua articuli loquuntur *Bar. l. 1. nu. 8. ibi Dec. & Doctores ff. ſi certum pet. Bar. d. § idem Iulianus nu. 8. Felyn. d. c. de teſtibus.*

Quin imò non valet depoſitio teſtis qui deponens 10
vel ſuper mutuo interrogatus quid ſit mutuum? Reſpondet ſe id ignorare. *Bar. l. 1. nu. 10. & ibi Dec. in lect. 3. nu. 52. ff. ſi cert. pet.* vel ſuper conſuetudine, & inter- 11
rogatus quid ſit conſuetudo? ipſe ignorare dicit. *Alex. conſ. 45. nu. 8. lib. 2.* Vel ſuper fama & interrogatus fa- 12
mam definire nequit. *Bel. l. 1 ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris Alex. conſ. 117. nu. 4. lib. 4. conſ. 101. nu. 10. lib. 6.* Quod tamen declarandum eſt iuxta ea quæ tradit *Bar. l.* 13
de ætate ff. de minorib. Bar. Alex. Iaſ. Dec. & Doctores l. 1 ff ſi certum petatur Alber. Alex. & Iaſ. l. non erit § iurare ff. de iureiur. Alex. Iaſ. & Doctores l. ſtipulatio iſta § hac quoq. ff. verb. obl. ſimiliter & Notarius qui in inſtru- 14
mento atteſtatur ſe certioraſſe mulierem de S. C. velleiano interrogari poteſt, quid ſit velleianum? Et ſi id ne- 15

ſciat Notarius Renunciatio non valet *Alber. l. fin. § pen. ff. ad S. C. velleianum.*

16 Et licet hoc dictum reprobare videatur *Fulgoſ. d. l. fin. § pen. ff. ad S. C. velleian. Alex. l. ſciendum ff. verb.*
17 *oblig.* Decius tamen quem & ego in hac re ſequor *in d. l. 1. lectura 3. nu. 53. ff. ſi certum pet.* has doctorum opiniones diverſas fœdere diſtinctionis conciliat, & tradit opinionem Alberici procedere eo caſu, quando Notarius, qui reſpondit ſe ignorare quid ſit S.C. velleianum, tempore confecti inſtrumenti, ita interrogatus reſpondit *arg. l. contra iuris § fin. & ibi Iaſ. ff pact. l. ſed etſi paterfamil. § 1. ff. ad S. C. Macedon. l. fin. C. de acquir. poſs.* Fulgoſij verò & Alexandri ſententiam contrariam eo caſu locum habere quando notarius ex interuallo interrogatus quid ſit S. C. velleianum, ſe id ignorare dicit, *arg. eius quod tradit Bar. l. ſi quis in graui. § 1. ff. ad, S.C. Sylleian. Iaſ. l. 1. in pr. ff de eo per quem factum fuit.*

18 Quare cum ad cognitionem legum atq; cuiuslibet materiæ omnino neceſſarium ſit intelligere ſignificationem Tituli vel ſub quo leges de quib. agitur colloca-
19 tæ ſunt, vel ad quam materiam pertinent, atque omnia verba ambigua & obſcura legum á Titulo interpretationem & declarationem recipiant, atq; ſecundum titulum intelligenda ſunt. *gl. 2. c. cum monaſterium ext. de Electione gl. l. unica in verbo retractare, & ibi Bal. C. ne liceat tertio prouoca. gl. in l. fin. in pr verbo repetit ff. de condict. indeb. gl. c. tibi qui de reſcrip. lib. 6. Iaſ. l. 1. num. 2. ff. ſi cert. petatur. Iaſ. in prælud. Tit. inſtit. de act. num. 14. facit l. Imperator ff. de in diem addict. l. ſi quis ex argentarijs § ſi initium ff. de edendo Afflict. c. 1. num. 295. ex quib. cauſis feud. amitt.*

Ego

Ego ex re vestra esse duxi antequam materiam huius Tituli explicandam aggrediar, pauca de significatione Tituli ac de vocabulo rei præmittere.

§ PRIMUS.

In quo tractantur significationes rerum ac bonorum, ubi etiam de spe, Nominibus, juribus, actionibus, pecunia, feudo, compluresq; de his quæstiones enodantur.

SUMMARIA.

1. Res idem significat quod bona.

2. Rei appellatio latissima, comprahenditq; res tàm in, quàm extra patrimonium nostrum.

3. Rei apellatione comprahenduntur non particulares modò, sed etiam universales res.

4. Rei appellatione continentur res quæ functionem recipiunt, & non recipiunt.

5. Rei apellatione etiam facta continentur.

6. Statutum, quod actor, pro certa quantitate rei petitæ, tantum solvat, pertinet etiam ad factum æstimabile petitum, fallit in facto inæstimabili petito. ibid. n. 7.

8. Rei appellatione continetur etiam spes.

9. Spem precio non emo.

10. Spes emi potest.

11. Spes donari potest.

12. Spes in stipulationem potest deduci.

13. Venditor deceptus ultra dimidium justi precij habet beneficium l. 2. C. de rescind. vendit.

14. Venditor spei deceptus ultra dimidium, habet beneficium l. 2. C. de rescind. vendit.

15. In transactione læsus nō tàm in re, quàm spe læsus intelligitur.

16. In transactione locum habet remedium L. 2. C. de rescind. vendit. & n. 17. 18.

18. Ludolphus Schrader Bononiæ disputavit.

19. Sorte læsus, aleâ, fortunâ sive incerto eventu læsus intelligitur.

20 Sorte qui, in dimidundâ hæreditate, vltra dimidium læsus est, habet remedium L. 2. C de rescind vendit.

28. VVitebergensis facultatis Iuridicæ responsum.

22. Instrumentum, quod 10. libras vel supra continet, vbi ex statuto intra sex menses insinuari debet, aliàs nullum sit, hoc statutum etiam ad instrumentum pertinet quod in spe 10. libras valet.

23. In donatione quingentos aureos excedente requisita insinuatio etiam ad donationem spei extenditur.

24. Restitutio in integrum læso etiam in spe competit.

25. Iure suo, reipsâ sibi competenti, nemo absq; facto suo privari potest.

26. Iure suo in spe sibi cōpetenti nemo absq; facto suo privari potest.

27. Restitutio principis, ad jus alteri reipsa quæsitū, nō extenditur.

28. Lex nova, ad jus alteri re ipsâ quæsitum, non extenditur.

29. Restitutio principis ad jus alteri in spe quæsitū, non extenditur.

30. Lex sive constitutio nova non extenditur, ad jus alteri in spe quæsitum.

31. Cedere bonis potest quis, tàm ratione juris re ipsâ, quàm in spe competentis.

32. Missio in bonorum possessionem absentis, peti potest, etiam ratione rei in spe competentis.

33. Cautio peti potest etiam ratione rei in spe competentis.

34. Beneficij in impetratione mentio fieri debet juris alteri re ipsâ competentis.

35. Beneficij in impetratione mentio fieri debet juris alteri spe competentis.

36. Privilegium concedi potest tàm rebus jam existentibus, quàm quæ sperantur existere.

37. Spes appellatione rei, non propriâ significatione, sed interpretatione extensivâ, continetur.

38. Sta-

38. Statutum, quod punit eum, qui rem immobilem forensi vendit, aut venditioni consentit, non extenditur ad res immobilis in spe mihi competentis alienationem.

39. Rei appellatione non corporales modò, sed etiam incorporales comprehenduntur.

40. Nomina, iura, actiones, Rei appellatione simpliciter prolata continentur. fallit. n. 43. 44. 53. 54. 55. 56.

41. Nomina, iura, actiones, Rei appellatione comprehenduntur etiam ubi adiecta est dictio mea, tua, sua.

43. Rei appellatione ad certum locum relata, nomina, iura, & actiones non continentur.

45. Nomina, mobilium & immobilium appellatione non continentur. ampliatur ibid. n. 46. 49. 50. declaratur ibid. n. 51.

47. Actio ad rem, quæ functionem recipit, competens, mobilium aut immobilium, appellatione non continetur. fallit. ibid. n. 48.

48. Vsus loquendi. & n. 55. 71. 155.

52. Nomina mobilibus aut immobilibus accensentur, ubi necesse est, ea alterutri adnumerari, tuncq; competens nomen ad rem mobilem, pro mobili, ad immobilem pro immobili computatur.

57. Rerum sive bonorum appellatione etiam res venales comprehenduntur. fallit ibid. n. 59. 60. 61. 62.

58. Dispositio de rebus sive bonis loquẽs, ad res venales etiã pertinet.

63. Rerum sive bonorum appellatione etiam pecunia continetur. & n. 72. fallit ibid. n. 64.

65. Pecunia præsidij gratia reposita, rei appellatione ad certum locum relatâ, continetur.

66. Pecunia ad expendendum fœnerandumq; aliquo in loco reposita, rei appellatione ad locum certum relatâ, non comprehenditur. fallit hoc ibid. n. 67. 68. 69. 70. 71.

69. Dictiones: quæcunq;, quocunq; modo, ac similes qualis sint importantiæ?

72. Pignori obligans simpliciter res sive bona sua, pecuniam quoq; undecunq; quæsitam obligasse censetur. fallit hoc ibid. n. 73.

74. Rerum sive bonorum appellatione etiam feuda comprehenduntur, propriâ significatione. fallit ibid. n. 79.

76. à Pro-

76. à Propria significatione vocabuli recedendum non est.

77. Generaliter indefiniteq; prolata verba generaliter & indefinitè accipienda sunt.

78. Dispositio generaliter de rebus, sive bonis, loquens, etiam ad feuda pertinet. fallit. ibid. n. 79. 122. 150. 152. 153. 154. 155.

80. Facturus nemo putatur illicitum vel punibile.

81. Feudum absq; consensu domini donari, vendi, pignorari, aliòve modo obligari nequit, sub pena privationis.

82. Feudũ generali bonorũ vel rerum donatione non continetur.

83. Feudum obligatione vel hypotheca generali non comprahenditur.

84. Feudum societate generali non continetur.

85. Feudum generali alienatione rerum aut bonorum non comprahenditur.

86. Feudum generali mandato, de rebus vel bonis alienandis, non venit.

87. Feudum ubi donari, pignorari, vel quo alio modo alienari nequit, generali huiusmodi contractu non venit, fallit. ibid. n. 88. eius rei ratio ibid n. 89.

89. Ratione prohibitionis feudi alienandi cessante, cessat prohibitio.

90. Vbi Feudum statuto aut consuetudine impunè potest alienari oppignorari, generali bonorum alienatione vel obligatione, venit etiam feudum.

91. Feudum generali alienatione vel obligatione domino consentiente factâ comprahenditur.

92. Feudum, generali alienatione bonorum rerumve in agnatum factâ, continetur, etiamsi hæc alienatio sine consensu domini facta sit. ampliatur ibid. n. 93.

94. Feudum antiquum absq; consensu Domini in agnatum vasalli impune alienatur, extenditur hoc ibid n. 95. 96. 97. 98.

99. Fructus feudi absq; consensu Domini possunt vendi, oppignorari, vel alio titulo alienari.

100. Fructus ex feudo percepti veniunt in generali rerum bonorumve alienatione, vel obligatione.

101. Princi-

101. *Principem, qui privilegium dat, vel Legem condit, non est verisimile, alterius juri præjudicare velle.*

102. *Rescriptum principis in præjudicium agnatorum, vel domini ad feuda extenditur.*

103. *Legitimatio principis ad feuda non porrigitur.*

104. *Legitimandi facultas à principe concessa non extenditur ad feuda in præjudicium aliorum.*

105. *Dotis lucrandæ statutum non pertinet ad feudum in dotem datum.*

106. *Successionis jus inter virum & uxorem non porrigitur ad feuda.*

107. *Vxor pauper marito locupleti in quarta succedens, non succedit in feudis.*

108. *Marchiæ constitutio quæ conjugi superstiti defert dimidiam defuncti bonorum partem, ad feuda non pertinet.*

109. *Saxonica dispositio, ut inter virum & uxorem bona communia sint, non extenditur ad feuda. n. 110.*

111. *Restitutioni subjectæ res, dotis vel donationis propter nuptias causâ alienari potest. fallit hoc in feudis ibid. n. 112.*

113. *Vasalli jus omne, quod in feudo habet, eo mortuo exspirat.*

114. *Vasallus gravatus censetur, feudum post mortem suam filijs vel agnatis suis restituere.*

115. *Legatum aut fideicommissum rei factum ab eo, qui in re illa jus habet, intelligitur tantum de jure illo.*

116. *Hæres restituere gravatus res sive bona testatoris feuda non restituit. Ampliatur hoc ibid. n. 117. & 118. 120. declaratur n. 119.*

121. *Bartolus & Iason reprehenduntur.*

123. *Renunciatione generali bonorum paternorum, feuda non continentur, ampliatur ibid. n. 133. 137. fallit. ibid. n. 138. 140. 141. 143. 144. 149.*

124. *Feuda & alia bona paterna differunt.*

125. *Patre vivo filius in bonis patris nullum jus habet. fallit hoc in feudis ibid. n. 127.*

126. *Feuda pater, post mortem suam, filio restituere, pacto sive providentiâ domini, primiq; acquirentis obligatus est.*

 128. Filius

128. Filius bona paternà allodialia absolutè à patre percipere intelligitur, cum ei succedit.

129. Feuda filius non à patre, sed pacto sive providentia Domini potius acquirit.

130. Feuda antiqua pater in præjudicium filiorum suorum ne quidem cum Domini consensu alienare potest.

131. Pater bona sua allodialia potest, indistinctè in præjudicium, filiorum alienare.

132. Pater bona sua titulo oneroso alienare potest etiam in fraudem Legitimæ filiorum.

134. Iuramentum habet vim expressi.

135. Iuramentum nunquam extenditur ad id, de quo neq; in genere, neq; in specie verisimiliter cogitatum est.

136. Renunciantem filium verisimile non est de feudis cogitasse.

141. De feudo hæreditario idem judicium quod de alijs bonis hæreditarijs.

144. Agnationis juri qui renunciavit filius, an excludatur à feudis? & n. seqq.

147. Agnationis vel cognationis jura pacto tolli nequeunt.

151. Dictio, Alia: restringit generalem dispositionem ad similia expressis.

156. In feudis an locum habeat beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. remissivè.

157. In feudis an procedat dispositio L. cum à matre. C. de rei vindicat. remissivè.

1 Sciendum itaq; est appellatione Rei idem contineri quod continetur appellatione Bonorum. *Dec. l. 1. lect. 3, num. 27. ff. si certum petatur.*

2 Secundò cum appellatio rei sit latissima. *l. 1. ff. si certum petat.* sub illa comprehenduntur non tantum illæ res, quæ sunt in patrimonio nostro, sed etiam illæ, quæ sunt extra patrimonium nostrum. *l. rei appellatio ff. verbor. signifi.*

Tertiò

Tertiò appellatione rei non tantum res particula- 3
res, sed etiã res vniuersales qualis est hæreditas & simi-
les res comprehenduntur *l. licet & ibi Bar. nu. 3. & Dec.*
num. 8. ext. de pactis l. 1. § Quædam 1. ff. hoc tit. nostro §
incorporales Instit. de reb. corp. & incorp.

Quartò appellatione rei continentur non tantum 4
illæ res, quæ in genere suo functionem recipiunt, sed
etiam quæ non recipiunt. *Com. cons. 20. nu. 61. lib. 16. lib.*
4. arg. l. 2. § mutui datio ff. si cert. pet.

Quintò appellatione rei etiam facta comprehen- 5
duntur *gl. Instit. de obligat. in pr.* verbo *Reis.* Ideoq; sta- 6
tutũ quo cauetur ut actor soluat iudici pro certa quan-
titate, rei petitæ, pro libra nempe sex denarios, exten-
ditur etiam ad illum qui in libello factũ æstimabile pe-
tit. *Bal. & Ang. Instit. de obligat. in prin.* licet in eo qui fa- 7
ctum inæstimabile peteret hoc statutum locum non
haberet. *l. ita autem in princ. arg. ill. tex. ff. administ. tu-*
tor. Bar. l. dies cautioni § prætor ait num. 26. arg. ill. tex.
ff. de dam. infecto.

Sextò appellatione Rei etiam spes continetur. *Ias.* 8
h. in l. is potest num. 50. ff. acquir. hæred. arg. l. nomina ff.
de hæred. & act. vend. Ideoq; licet Sannio apud Teren- 9
tium dicat: Spem precio non emo: Tamen legibus ci-
vilibus expresse cautum est, spem perinde ut quamlibet 10
aliam rem emi. *l. emptorem § fin. & l. si iactum ff. de act.*
empti. vend. l. nec emptio ff. contrah. emp. d. l. nomine pi-
gnorari gl. d. l. nomina arg. l. sed & quod § 1. ff. pignor.
Donari *l. spem C. donat.* In stipulationem aliumve con- 11
tractum deduci posse *arg. l. interdum. ff. verb. oblig. l in-* 12
terstipulant. § sacram ff. eod. Tit. Azo. in summa C. contrah.
emp. col. 2. vers. item spem. Ias. l. fin. nu. 4. C. pact.

13 Quinimò ſicut venditori rei decepto ultra dimidium iuſti pretij rei venditæ, permittitur implorare beneficium *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

14 Ita quoq; is qui ſpem vendit ſi in illa venditione ultra dimidium eius precij, quo illa ſpes communiter vendi potuit, læſus fuerit, ex beneficio *d. l. 2.* agere poteſt. *Bar. l. cotem ferre § qui maximos num. 9. ff. de publican. Petrus de Ancharan. Imol. & Anton. de Butt. c. cum cauſa. ext. emp. & vend. Tiraq. in tractat. de legib. connubia- lib. gl. 2. num. 38. in verb. en pouvoir de ſonmarij.*

15 Ex quo ſequitur licet is, qui in tranſactione læditur, non tàm in re quàm in ſpe, ſive dubio eventu litis, læſus intelligatur, *arg. l. quod debetur ff. de peculio l. 1. ff.*
16 *de tranſact.* Læſum tamen, in tranſactione, ultra dimidium eius precij, quo ille dubius eventus venire potuit, remedium d. l. 2. implorare poſſe. *Bar. l. ſi quis cum aliter ff. verb. oblig. Bart. l. 2. & ibi pantal. de Crema. C. reſcind. vend. Corn. conſ. 166. conſ. 189. lib. 1. & conſ. 2. 72. lib. 4. Dec. conſ. 203. conſ. 217. conſ. 479. conſ. 551. & conſ. 597. dec. l. cum re C. tranſact. Carol. Molinæus in addit. ad Alex. conſ. 42. lib. 1. Thomas Giam. deciſ. Neapolitana 66.*
17 *num. 44. & deciſ. 101. num. 54.* Et licet contrarium teneat *Bal. l. 2. C. reſcind. vend. Alex. & Iaſ. d. l. ſi quis cum aliter Alex. conſ. 42. lib. 1. Iaſ. l. in ſumma in princ. num. 5. ff. condict. indebiti Iaſ. l. fratris num. 1, & l. quamvis nu. 2. C. tranſact. Cardinal. pariſ. conſ. 95. num. 61. lib. 1. Afflict. in deciſ. Neapol. 220. num. 3. & alij multi, quos præallegati*
18 *Doctores citant.* Tamen præcedens opinio verior eſt, eamq; Bononiæ diſputando obtinui, & reſpondi ad omnia argumenta quæ à Doctorib. pro contraria ſententia adducta ſunt.

Deinde

Deinde ex hoc infertur, licet is qui forte læditur 19
alea, fortuna, sive incerto eventu læsus intelligatur, læ-
sum tamen ultra dimidium iusti pretij in divisione hæ- 20
reditatis vel bonorum sortis iudicio facta, remedium l.
2. C. de rescind. vend. implorare posse. *Bal. l. maioribus. C. communia utriusq; iud. facit id quod tradit Ias. l. fin. in pri. num. 10. C. communia de legatis. Perusinus Rub. ext. de appellat. dec. 1. licet num. 28. ext. probat de l. 1. num. 17. C. pact.* Et ita ante novem septimanas in quadam causa 21
gravissima de facto consultus de iure nomine facultatis
Iuridicæ VVitebergensis respondi, eamq; sententiam
multis firmissimis rationibus comprobaui.

Huc accedit, quod statutum quo cavetur, ut is, 22
qui habet instrumentum testamenti, vel codicillorum
alicuius rei valoris decem librarum, vel supra, teneatur facere atq; curare, ut illud instrumentum infra sex
menses insinuetur, utq; hoc prætermisso instrumentum nullum sit, extendatur etiam ad eum qui habet
instrumentum, quod non quidem re ipsa, sed spe tantum probabili tamen decem libras valet, *Bart. Alex. & Aret. in l. is potest & ibi Ias. num. 48. 49. & 50. ff. de acquir. hared.*

Ex qua decisione infero legem civilem quæ requi- 23
rit insinuationem in donatione excedente quingentes
aureos. *l. pen. C. donat. Bar. l. Modestinus ff. eod. Tit.* non
tantum in donatione rei, sed etiam in donatione spei
locum habere.

Præterea sicut læso in illo iure quid ipsi reipsa com- 24
petit: Ita quoq; & læso in eo iure, quod ipsi spe tantum
competit, restitutio in integrum conceditur *l. 3. § si quid ff. de minoribus.*

25 Et ſicut iure quod alicui reipſa competit nemo
absq; facto ſuo priuari poteſt, *l. id quod noſtrum & ibi*
26 *Dec. ff. de reg. iur.* Ita quoq; & illo iure quod alicui ſpe
tantū competit nemo absq; facto ſuo priuari poteſt. *l. in diem verſ. non autem ff. de aqua plu. arcenda Bal. conſ. 431. incip. ad evidentiam præmittendum eſt col. 2. lib. 2. Bal. l. ſi conſtante arg. ill. tex. C. donat. ante nup. Franc. Aretin. conſ 7. & conſ. 47. Iaſ. l. fin. num. 2. ff. pact. Tiraq. in de utroq; retractu 1. par. § gl. ſeptima num. 20.*

27 His adde quod ſicut neq; reſtitutio principis, neq;
28 nova conſtitutio, ſive nova lex extenditur ad jus alteri
29 quæſitum reipſa: Ita quoq; neq; reſtitutionem prin-
30 cipis *arg. 6. quamvis de reſcript. lib. 6.* Neq; nouam con-
ſtitutionem, vel legem extendi ad ius alter ſpe quæſitum. *Pet. de Anchar. c. 1. q. 13. principali. extra conſtitution.*

31 Et ſicut ratione rei ſive juris reipſa competentis,
ita quoq; & ratione ſpei, poteſt quis cedere bonis. *Bal.*
32 *l. cum filij famil. C. qui bonis ced. poſſ.* & petere tam ſe in
poſſeſſionem bonorum abſentis mitti, *l. in poſſeſſionem in prin. & l. ſi filio famil. & ibi Ang. & Zaſ. ff. ex quibus*
33 *cauſis in poſſeſs. eatur.* quàm ſibi cautionem exponi, *l. ſi uſufructus mihi ff. uſufruct. quemad. caueat: Lucas de penna l. 1. C. qui in ſacro palatio militant lib. XI.*

34 Deinde ex hoc ſequitur ſicuti in imperatione beneficij debet fieri mentio de Iure alteri reipſa competen-
35 ti: Ita quoq; in impetratione beneficij debere fieri mentionem de jure alteri ſpe tantum competente. *Dominicus conſ. 117.*

36 Et ſicut privilegium poteſt concedi rebus jam exiſtentibus, ita quoq; & illis rebus, quæ jam quidem non
exiſtunt,

existunt, sed de quibus speramus eas exituras, privilegium concedi potest. *Bal. conf. 329. incip. casus talis est quadam indulgentia col. 2. lib. 1. arg. l. si servitus § futuro ff. de seruit. Vrb. pred.*

Et licet appellatione rei etiam spes contineatur, 37
hoc tamen non ex propria significatione vocabulorũ, sed ex interpretatione extensiuâ fieri Doctores nostri tradunt. *Bar. Ang. Nicol. de. Naop. Alex. Aret. & Iaf. l. Gallus. § Videndum ff. de liber. & posthum. arg. l. statu liberi à cæteris ff. de statu liberor.*

Ideoq; statutum, quo cauetur, ut vendens rem 38
suam immobilem alteri forensi, vel consentiens Vendenti, rem suam immobilem, certa pœna puniatur, non extenditur ad eum qui consentit Vendenti rem immobilem ad quam ipse tantum spem vel actionem aliquam habet. *Bar. Ang. Nicol. de Neapol. Alex. Aret. & Iaf. d. § Videndum d. l. qui actionem arg. ill. tex. ff. de reg. iur. facit tex. l. minus ff. de reg. iur. l sciendum § si fundus & ibi Bar. & Doctores ff. qui satisda. cog. Bar. l. nemo ff. de in integ. rest.*

Septimò appellatione rei non tantum res corpora- 39
les, sed etiam incorporales comprehenduntur. *l. 1. hoc Tit. nostro. Instit. de reb. corp. & incorp. toto Tit.* Ideoq; 40
nomina debitorum, item iura, & actiones, appellatione rei, simpliciter prolatæ continẽtur. *l. rei appellatione 23. ff. de verb. sign. l. omnes, in pri. C. de quadr. præscrip. l. quam Tuberonis. § fin. ff. de peculio l. dubia bona ff. de iure dot. l. bonorum § fin. & l. princeps bona ff. verb. signif. l. nomen. C. quæ res pig. dari poss. l. 1. C. de usufructu l. si ademptis C. de sententiam passis l. si constante § fin. ff. soluto matrimon.*

Quod

41 Quod etiam procedit, quando appellatione rei simpliciter prolatæ dictio, *mea*, *tua*, vel *ſua*, adiecta eſt. *Bart. l. Quintus § argento ff. de auro & argento leg. Cyn. Ang. l. 1. ff. de ſtatu hom. Bal. l. 1. C. de uſufructu. Fran. Aret. l. fin. C. de pact. Alciat. l. meorum arg. ill. tex. ff. de verb. ſignifi. Tiraq. in repet. l. ſi unquam verbo bona num. 7. C. de revo. donat. arg. l. nam quod § fin. & l. ſi legatus § 1. ff. ad S. C. Velleian.*

42 Et hæc ſententia verior eſt, quamvis contrarium, ſed malè, teneat *Bar. Bal. & pet. de Ancharr. in l. 1. ff. de ſtatu hominum Arg. § fin. Inſt. de jure naturali gent. & civile Barbat. conſ. 36. lib. 1. Alciat. l. nominis ff. verbor. ſignifuat.*

43 Hæc Concluſio fallit primò, ſi de rebus in certo loco exiſtentibus fiat mentio, ut puta ſi quis dicat: Dono vel lego tibi omnes res meas quas Francofordiæ vel Lipſiæ habeo, hoc enim caſu appellatione rerum nomina & actiones non comprehenduntur *Bar. l. 2. C. quæ res pig. oblig. poſſ. Bal. l. 1. ff. de ſtatu hominum Bal. 232. conſ. incip. ſuper infraſcriptis lib. 2. Cond. Florentinus conſ. 51. incip. Titius condidit teſtamentum. Alex. conſ. 31. nu. 7. lib. 1. & conſ. 68. lib. 6. Com. conſ. 49. lib. 3. Soſin. conſ. 101. lib. 1. & conſ. 175. lib. Iaſ. conſ. 5. incip. ſtrenue col. 4. verſ. ſecundo pro iſta parte lib. 3. Tiraq. in rep. l. ſi unquam verbo bona num. 9. C. revo. donat. & in Tract. de utroq; retractu 1. par. § 1. gl. 7. num. 11. arg. l. fidei commiſſum § tractatum ff. de iudic. l. Caius ff. de legat. 2. l. uxorem § legauerat l. quæſitum § 7. & l. ſi mihi Mæuia ff. legat. 3. l. quæſitum § papinianus, & ultimo ff. de fundo inſtructo.*

44 Hæc concluſio fallit, ſi fiat mentio de rebus mobilibus, & immobilibus: Namq; ſecundum communem atq;

atq; receptam Doctoribus sententiā appellatione mobilium & immobilium non comprehenduntur nomina debitorum reliqua iura & actiones sed tertiam speciem rerum constituunt. *Bar. l. quam Tuberonis § fin. arg ill. tex. ff. de peculio Bar. l. si. convenerit l. 2. in prin. ff. de pignor. act. Bar. l. potest. ff. de autor. tutor. Bar. l. 1. C. si advers. transact. Ias. l. à Diuo prio § in Venditione arg. ill. tex. ff. de re iud. Ias. l. stipulatio hoc modo ff. verb. oblig. Tiraq in repet. d. l. si unquam § bona num. 7. facit tex. l. omnes in prin. & l. bene à Zenone vers. & nemo audeat C. de quadr. praescrip. l. 2. in pr. C. quibus & quando quarta pars ex bonis decurionum debetur lib. 10.*

Et hæc conclusio, absq; dubio, procedit in actio- 46
nibus competentibus non ad certam speciem, sed ad
id, quod in genere suo functionem recipit: Namq; il- 47
læ actiones nunquam ullo casu appellatione rerum mobilium & immobilium continentur. *Lapus in allegat. 92. Rom. l. si constante § fin. ff. sol. mat. Alex. in addit. ad Bar. l. moventium ff. verb. signif. cons. 68. ad fin. lib. 6. Barbat. c. nulli extra de reb. Eccles. non alien. Socin. cons. 101. gl. 7. num. 17.* Nisi communis usus loquendi contrari- 48
um introduxerit. *Oldrad. cons. 219. Ioh. And. in addit. ad specul. § scias igitur vers. sed quid si debeo Tit. de fructib. & interesse. Felyn. in proœm. Decretal. col. 3. circa medium arg. l. liberorum § quod tamen Cassius ff. legat. 3. Bar. & Ias. rub. ff. de operis noui nunciat.*

Deinde hoc (refragante Alciato *in d. l. moventium* 49
& Benedicto *in repetit. c. Roinutius Verbo caetera bona nu. 8. ext. de testam.*) procedit, etiamsi is qui donat vel legat res suas mobiles vel immobiles, dicat se donare vel legare omnes & quascunq; suas res mobiles vel immobi-

 les.

les. *Corn conſ. 49. lib. 3. Iaſ. conſ. 5. col. 4. lib. 3. Stephanus Bertrandus conſ. 77. col. 1. lib. 2. arg. d. l. uxorem § legaverat ff. legat. 3. d. l. quæſitum § Papinianus cl. ultimo ff.*
50 *de fundo inſtructo d l. Gaius in prin ff. legat 2.* Vel res ſuas mobiles vel immobiles hîc & ubiq; locorum ſitas. *Corn. conſ. 104. col. 3. lib. 2. Socin. conſ. 101. col. 2. lib. 1. Iaſ. conſ. 5. lib. 3. Dec. conſ. 30. Tiraq. in tract. de utroq; retr. 1. par. § 1. gl. 7. num. 30.*

51 Hoc tamen quod dictum eſt, appellatione mobilium & immobilium non comprehendi nomina & actiones, procedit in materia indifferenti, in qua non eſt neceſſe, ut jura vel actiones iudicentur tanquam mobilia vel immobilia.

52 Secus autem eſt in materia differenti, in qua neceſſe eſt, ut de nominibus & actionibus iudicetur vel ut de rebus mobilibus, vel ut de rebus immobilibus: Tunc enim nomina & actiones, ad ſpeciem certam competentes, vel mobiles reputantur, ſi res ad quam competunt mobilis ſit, vel immobiles ſi res ad quam
* competunt immobilis ſit, ſecundū communem * atq; receptam Doctoribus ſententiam *Iacob Aret. & Bar. & Alciat. in d. l. moventium ff. verb. ſig. Bar. l. poteſ. ff. autor. tutor. Bar. conſ. 50. lib. 1. Imol. & Abb. c. multi ext. de reb. Eccleſiæ non alien. Alex. l. à Divo Pio § in venditione ff. de re iud. Corn. conſ. 229. lib. 4. Socin. conſ. 101. lib. 1. præp. c. 1. § ſciendum de feudi cognitione.*

53 III. Hæc Concluſio, quæ vult appellatione rerum etiam jura & actiones comprehendi, fallit, ſi diſpoſitio aliqua diſtinctim ſive diſcretivè de rebus & de juribus ſive actionibus mentionem faciat: Tunc enim appellatio rerum ad jura ſive actiones non extenditur, *arg. l. ſi ita ff.*

ita ff. lib. & posthu. l. Clem. in pr. ff. hered. instit. l. doli clausula ff. verb. oblig. l. sanctio leg. ff. de pœnis Bal. l. in multis ff. de statu hominum. Ias. l. si quis id quod aum. 13. ff. de iurisdict. omnium iud. Dec. l. 1 lect. 3. nu. 38. ff. si certum petatur.

IIII. Hæc Conclusio fallit si vel subiecta materia, *arg.* 54
l. si uno in prin. ff. locat. & conduct. Vel communis usus 55
loquendi, *arg. l. liberorum § quod tamen Cassius ff. legat. 3. Bar. & Ias. rub. ff. de operis no. nunciat.* Vel si Verisimi- 56
lis mens disponentis contrarium suadeat *arg. l. 3. C. de lib. pr. et. l. fin. C. quæ res pig. ob. poss. l. seruus § fin. ff. de leg. 3.*

Octavò, appellatione rerum sive bonorum etiam 57
res Venales comprehenduntur. Ideoq; dispositio quæ- 58
libet generaliter de rebus sive bonis loquens, etiam ad res Venales extenditur secundū communem atq; * re- *
ceptam Doctor. sententiam *Bar. l. generali § Vxori ff. de usufruct. legato. Bal. l. cum taberna ff. de pignor. Alex. l. si constante in prin. num. 27. & ibi Ioh. Crotus in repetit. nu. 22. & Andr. Pomates in addit. ad Bar. d. l. cum taberna Anton. Neguzantius in tract. de pignor. 2. membro secun. parte num. 14. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 106. Benevenucius Stracca in tract. de mercat. sub tit. mandati § reliquum nu. 1.*

Nisi de rebus in certo loco existentibus mentio fiat, 59
tunc enim appellatione rerum, res Venales non comprehenduntur *d. § Vxori & ibi Bar. l. 1. & ibi Paul. de Cast. & Iast. C. verb. sig. Bar. l. diuus ff. de bonis damnator. Bal. l. ubi adhuc C. de jure dot. Bal. in rub. C. de verb. sig. Afflict. d. decis. 106. Card. Paris. cons. 79. num. 47. lib. 2. Ias. § item seruiaria num. 44. Instit. de action.*

Nisi vel de contraria mente disponentis liqueat, 60
Dec. cons. 381. num. 5. Paris. cons. 86. nu. 9. lib. 3. arg. l. seruos in fin. de legat. 3. l. 3. C. de lib. præter. l. cum quæstio in fin. C.

61 *fin. C. de legat.* Vel in dispositione in qua fit mentio de rebus in certo loco existentibus adijciatur dictio *quacunq;* vel *quocunq; modo*, utputa si quis dixerit, *se donare vel legare res in certo loco quocunq; modo existentes*, Tunc
62 enim appellatione rerum in certo loco existentium etiam res Venales comprehenduntur. *Bar. d. § Vxori Alex. cons. 118. num. 5. lib. 5. M. de Aff. decis. Neapol. 106. Beneuet. Stracca in tract. de mercatorib. sub Tit. mandati § reliquum num. 3. arg. l. Iulianus ff. legat 3. l. pediculus § Labeo ff. de auro & arg. leg.*
63 Nonò appellatione rerum, sive bonorum, etiam pecunia sive nummi comprehenduntur. *l. idemq; § fin. ff. qui potior. in pig. hab. l. cum tabernam § fin. & ibi Bar. & Bal. ff. de pignorib. Ias. § item serviana num. 47. Instit. de act. Afflict. decis. Neapol. 190. num. 4. Thomas Gram. in decisionib. Neapolitanis quæst. num. 5. Benevenutus Stracca in tract. de mercatorib. sub. Tit. mandati § reliquum nu. 5.*
64 Nisi appellatio rei referatur ad res in certo loco exi-
65 stentes: Tunc enim licet appellatione rei etiam pecunia contineatur, quæ tanquam thesaurus præsidij gratiâ reposita est. *l. si Chorus. 79. § 1. ff. de legat. 3.*
66 Ea tamen pecunia, quæ ad expendendum fœnerandumue destinata est, hoc casu appellatione rei non continetur. *l. uxorem § legaverat. l. si fundus l. quæsitum § 1. l. si ita legatum l. si mihi mœnia § fin. ff. legat. 3. Bal. l. fin. C. de compensat. Ang. § Item Seruiana num. 1. & ibi Ias. num. 44. Instit. de act.*
67 Nisi constet vel de contraria mente disponentis *arg. l. servos § fin. ff. legat. 3. l. quæsitum § 1. ff. eod. Tit.* Vel
68 dispositio alioquin redderetur superuacua nihilq; operaretur *arg. l. si quando in prin. de legat. 1. l. fundus qui locatus ff.*

tu ff. de fundo instructo. Vel in dispositione adiecta esset dictio *quæcunq*, *quocunq modo*, vel similis utputa, si quis dicat, lego vel dono tibi res quascunq; in isto loco habeo *arg. eius quod tradit Bar. l generali § Vxori ff. de usufructu legato gl. l. fin. vers. per quamcunq C. qui legit. person. in iud. habeat gl. in Clem. 1. Verbo quibuscunq de iudic. Bal. l. 1. q. 34. ff. rer. divis. Bal. c. Imperialem in prin. col. pen. de prohib feudi alien. per frid. Abb. c. 3. in 3. dubio lib. 2. Roman. l. etiam in prin. & ibi Alex. col. ult. ff. sol. mat. Roman. l. id tempus § 1. ff. de usucap. Alex. & Ias. l. quadam § nihil interest, ff. de Edendo. Alex. l. gallus § etiam col 2. ff. de liber. & posthumis Alex. l. si patroni in prin. col. pen. ff. ad S. C. Trebell. Alex. l. quod dicitur. la. 2. col. pen. ff verb. oblig. Corn. cons. 16. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus col. 2. ff. de reb. dubijs Socin. l. si rem legatam ff. excep. Socin. cons. 19. lib. 1. Ias. l. 2. § prætor ait ff. qui satisd. cogantur Ias. l. cum filiofamil. num. 89. ff. legat. 1. Ias. in prælud. feud. num. 26. & 128. Ias. cons. 27. & cons. 55. lib. 2. cons. 89. lib. 3. & cons. 115. lib. 4. Felyn. c. quia h. nu. 5. extra iudit. Felyn. c. in præsentia num. 26. extra de probat. Dec. cons. 395. & cons. 529. Matt. de Afflict. decis. Neapol. 106. Stephan. Bertrand. cons. 264. col. 5. lib. 2. Ludovicus cons. 5. num. 43. cons. 8. cons. 14. num. 22. & cons. 103. col. 2. Paris. cons. 65. num. 10. lib. 3. Socin. cons. 297. num. 6. lib. 2. Hyppol. de Marsil. l. Vnius § cognituras col. 4. ff. de quæstionibus.* 69

Vel subiecta materia *arg. l si uno in prin. ff. locat & conduct.* Ac communis usus loquendi aliud suaderet *arg. l. liberorum § quod tamen Cassius ff. legat. 3.* 70 71

Et licet, cum appellatione rei etiam pecunia comprehendatur, is qui simpliciter alicui res suas vel bona 72

sua obligat, etiam pecuniam undecunq; quæsitam obligasse intelligatur. *l. cum tabernam § fin. & ibi Bar. & Bal. ff. pignor.*

73 Si tamen is, qui mutuam pecuniam accepit, ratione huius mutui alteri res suas omnes obliget, ipse non intelligitur alteri obligasse illam pecuniam, cuius contemplatione hæc pignoris oblipatio constituta fuit. *Richardus Malumbre l. obligatione ff. de pignor. Bal. d. l. cum tabernam § fin. Roman. sing. 65. incip. accipio à te pecuniam Anton. Negusantius in tract. de pignorib. 2. membro secundæ part. nu. 12. Card. Paris. cons. 50. nu. 25. lib. 1. Benev. Stracca in tract. de mercator. sub Tit. mandati § reliquum num. 5.*

74 Decimò, appellatione rerum sive bonorum etiam feuda comprehenduntur secundum propriam significationem Vocabuli. *Dec. l. 1. lect. 1. nu. 46. ff. si certum petatur. Iser. c. 1. ad finem de Capitaneo qui cur. Vend. Ias. l. quod dicitur nu. 31 ff. verb. oblig. Ias. in prælud. feu. nu. 45. Ias. cons. 207. lib. 2. Dec. cons. 389. nu. 11. Catellianus Cotta in memorabili incip. bonorum appellatione & in memorabili incip. Emphiteusis non venit, & in memorab. incip. filius emancipatus.*

75 Quæ sententia & verior est & mihi plus placet, quãvis in ho contrarium, sed malè, teneat *Ias. l. gallus § quidam rectè lect. 1. num. 44. & lect. 2. num. 26. ff. de lib. & posthumis Aff. decis. Neapol. 14. num. 9. Paris. cons. 7. nu. 3. & cons. 12. num. 46. 60. & 62. lib. 1.*

76 Ex quo sequitur, cum â propriâ significatione verborum in dispositione qualibet recedendum non sit *l. 1. § si is qui navem ff. exer. act. l. non alit. in pr. ff. lega. 3. l. La-*
77 *beo ff. supell. legata.* Et Verba generaliter & indefinitè prolata generaliter & indefinitè accipienda sint. *l. 1. ff. legat. præstand. l. de precio ff. de pub. in rem action.* Dispositionem

tionem generaliter de rebus sive bonis loquentem etiam ad feuda extendi, Quamvis in hoc contrarium sed male teneat. *Ias. cons. 152. lib. 4. Paris. cons. 3. nu. 3. & cons. 12. nu. 13. & cons. 7. lib. 3. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. quinta declaratione quartæ Partis num. 3.* 78

Hæc tamen Conclusio fallit si constet vel in dispositione de contraria mente disponentis, Tunc enim in dispositione generaliter de rebus sive bonis loquente, feuda non comprehenduntur *arg. l. 3. & ibi Ias. C. de lib. præter. l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss.* 79

Ex quo sequitur, cum non sit verisimile quem facturum id, quod vel illicitum est vel pœnam meretur, *arg. l. si procur. & ibi Ias. ff. conduct. indeb. l. si pater ff. quæ in fraud. cred. Bar. l. Codicillis § instituto ff. de legat. 2. Bal. l. 1. C. quæ res pig. oblig. poss.* 80

Atq; feudum absq; consensu domini, donare, Vendere, pignori obligare, aliòve modo alienare sub pœna privationis feudi prohibitum sit, *c. 1. de Vasallo qui contra const. Lotharij regis c. 1. in pr. de proh. feudi alie. per Lother. c. 1. in pr. de proh. feudi alien. per Frid.* 81

In generali omnium rerum vel bonorum donatione, *Guido Papa cons. 214. incip. circa materiam col. 4. Vers. sed in casu & col. 6. Vers. sed rest. aliud & cons. seq. incip. Vertit. quæstio col. 1. & cons. 218, incip. indubitanter col. pen. Vers. ad Octavium.* 82

Obligatione vel hypotheca, *Spec. Tit. de pign. in pr. Vers. sed nunquid si contrah. & ibi Mart. Laud. & præp. col. 2. de prohib. feudi alien. per Frid. Paul. de Castro l. ita § ult. ff. de pig. act. Ro. l. si constante. in pr. ff. sol. mat. Ale. cons. 16. cons. 168. lib. 2. cons. 2. cons. 124. lib. 4. cons. 20. lib. 5. cons. 41. & 95. lib. 6. Ias. cons. 6. lib. 3. Matth. de Afflict. in constitut. Siciliæ incip. hac edictali col. pen.* 83

Societa-

84 Societate *præpos. in c. 1. in prin. num. 4. de invest. de re aliena facta Alex. cons. 48. num 3. & 4. lib. 2.*

85 Alienatione *c. 1. § in generali & ibi Doctores si de feudo def. contem. c. 1. in prin. & ibi gl. præcep. & Aff. de cap. qui curiam Vend. Martin. Laud. & præpositus in c. . in pr. De invest. de re aliena facta Ludo. Gozadinus cons. nu. 6.*

86 Vel mandato generali de rebus vel bonis alienandis non comprehendi feuda, *Afflict. in constitut. Siciliæ incip. si quando forte col. 2. notabili 20.*

87 Quod tamen procedit eo casu tantum, quo donatio, pignoris obligatio, vel alio titulo facta alienatio

88 feudi prohibita est, secus autem est in illis casibus in quibus alienatio feudi permissa est.

89 Namq; cum in illis cesset ratio, quæ prohibet sub generali alienatione feuda contineri, dubium non est in illis quoq; casib9 & dispositionem prohibentem, sub generali alienatione feudi comprehendentem cessare

90 *arg. l. adigere § quamvis ff. de jure patron.* Ideoq; in generali alienatione vel obligatione rerum vel bonorum continetur feudum, si statuto vel consuetudine permittatur feudum impune alienare, vel pignori obligare. *Ioh. fab. in prin. Instit. de rer. divis. num. 3. Ioh. fab. § fin. de assig. libert. Tiraq. in tract. le mort saisis le vif. quinta declaratione quartæ Partis num. 25.*

91 Similiter sub generali alienatione vel obligatione rerum vel bonorum consentiente domino feudi facta feudum comprehenditur. *Bal. c. 1. § in generali num. 1. & ibi Matth. de Aff. nu. 28. si de feud. def. cont. Corn. cons. 321. num. 10. lib. Socin. cons. 19. num. 12. lib. 1.*

92 Eodem modo & sub generali alienatione rerum vel borum facta in agnatum Vasalli alienatoris, ad quem

quem bonorum illius feudolium successio pertinet feuda comprehendi statuo, etiamsi hæc alienatio vel obligatio absq; consensu domini feudi facta fuerit.

Item sive alienatio hæc, vel obligatio sit facta in agnatum remotiorem, sive in agnatum proximiorem. 93

Namq; legibus expressè cautum est, feudum antiquum, absq; consensu domini, in agnatum Vasalli impunè alienari posse, sive hic agnatus sit proximior. *c. 1. §* 94 95
etsi clientulus & ibi Doctores de alien. feud. c. 1. § sed & res & ibi Doctores per quos fiat invest. c. l. in prin. de alien. feud. paterni Bal. l. voluntas num. 4. C. de fidei commiss. Bal. c. quæ in Ecclesiarum nu. 33. extra de Constitut. Oldrad. cons. 270. pract. pap. in forma libelli ad revocationem feudi verbo superstitib. num. 22. Aluarot. c. 1. § fin. nu. 31. & ibi præp. quæ fuit 1. causa Iacob. de S. Georg. verbo & cum facto num. 3. paris. cons. 1. num. 131. cons. 2. num. 4. lib. 1. & cons. 71. nu. 24. lib. 3. facit id quod docet Bar. l. cum hi § si uni ff. transact. Bar l. & ideo ff. conduct. furt. Bar. l. si domus § fin. & ibi Alex. nu. 7. ff. legat. 1. Bar. l. qui Romæ § duo fratres quæstione. 10. & ibi Alex. num. 60. ff. verb. oblig. Ias. l. fin. num. 116. C. de jure Emph.

Sive remotior *Bal. c. 1. § hoc quoq; num. 17. de success. feudi Bal. c. 1. num. 11. de alien. feudi Bal. d. § sed & res num. 2. Bal. c. 1. in prin. num. 8. de prohib. feud. alien. per. Frid. Bal. c. sane num. 4. extra renunciat. Alua. c. 1. in prin. num. 5. & ibi præp. num. 2. de alien. feudi pater. præpos. c. 1. § Titius num. 6. arg. ill. tex. si de feudo def. cont. Afflict. c. 1. num. 38. de Vasallo qui contra constitu. Lothar. regis.* 96

Item etiamsi statuto omnis contractus de feudo non consentiente domino feudi factus prohibitus sit. *Afflict. c. 1. in prin. num. 34. de alien. feud. pater.* Vel in 97 98

 inve-

investitura dictum sit, ne feudum absq; consensu domini alienari possit. *arg. eius quod docet Salicet. l. ea lege C. de condict. ob causam.*

99 Deinde cum fructus ex feudo percepti â Vasallo, etiam absq; consensu domini feudi vendi, pignori obligari vel alio titulo obligari possint, *Bal. Alv. Aff. c. 1. in pr. de success. feu Iacob. de S. Georg. in tr. feu. Verbo ita etiã quod*
100 *isti invest. nu. 16.* in generali alienatione vel obligatione rerum vel bonorũ etiã fructus ex feudo perceptos contineri dubij iuris non est *Matt. de Affl. in decis. Neap. 26.*

101 Præterea non est verisimile, principem præscribentem vel privilegium concedentem, item eum qui legem vel statutum condit, alteri in iure suo prædicare voluisse. *arg. l impuberi in pr. ff. de administ. tutor. l. cum filius famil. ff. de militari testamento l. 2. § merito & § si quis à principe ff. si quid in loco publico l. nec cuius C. de eman. lib. Ias. l. fin. ff. de constit. prin. Bal. l. 1. C. de jure au. annu. Bal. l. eam quam C. de fideicommiss. l. gallus § & quid si tantum num. 89. ff. de lib. & posthumis.*

102 Ideoq; neq; rescriptum, *Bal. & Dec. in c. cum ordinem extra de rescript. Ias. cons. 224. lib. 2. facit c. ex parte extra de foro competenti.*

103 Neq; legitimatio principis *gl. & Doctores c. 1. § naturales si de feudo def. cont. Host. Ioh. Calderin. cons. 5. incip. An natur. sub Tit. de fundis. Pract. papiens in forma libelli quo agitur ad revocationem feudi verbo nec superstit. col. 2. Bertrandus cons. 112. num. 25. lib. 2. Lancellotus Galiaula l. 2. col. 3. vers. limita modo ff. verb. oblig. Anton. Rubeus cons. 23.*
104 *col. 1.* neq; facultas legitimandi spurios â principe alteri concessa in præiudicium vel agnatorum Vasalli vel domini feudi ad feuda extenditur, *Sign. de Hom. cons. 223. incip. quid. dom. Ioh. Alex. cons. 60. lib. 2. Soc. cons. 3. lib. 3. Guido Pa-*

de papa decis. 857. Ias. 152. lib. 4. Dec. l. 1. ff. si certum petat. Dec. cons. 76. & 389. Fran. Ripa l. 1. ff. de vulg & pup. subst.

Similiter & statutum, quo maritus uxoris prædefunctæ res dotales lucratur, vel in solidum vel pro parte, non habet locum in feudo in dotem dato. *c. 1. § quamvis & ibi Bal. Martin. Laudens. & Præp. de invest. de re aliena facta Bal. Mart. Laudens. præpos. c. 1. an marit. succ. uxor. in benef. Bal. & præpos. c. 1. in pr. de prohib. feu. alien. per frid. Bal. Auth. res quæ col. 2. C. communia de legatis Alua. c. 1. § callidis de prohib. feud. alien. per frid. Bal. & Alua. in c. 1. de invest. quam accepit Tit. à Sempronio Fran. Aret. l. 1. Vers. debet etiam scire & Ripa col. 4. num. 19. ff. sol. mat. Ias. l. 1. lect. 1. nu. 29. C. de summa Trin. & fide Cathol. Dec. l. 1. num. 12. C. Vnde vir & uxor Alber. Brunus in tract. statutorum fœmin. repellentium q. 23. tit. 8.* 105

Eodem modo lex, quæ vult, ut coniux superstes succedat coniugi prædefunctæ, quæ decessit nullis relictis liberis, vel sanguine intra decimum gradum iunctis *l. 1. C. Vnde vir & uxor. non extend. ad bona feu. c. 1. & ibi Bal. & Doct. an marit. succ. uxor in benef. Alex. Ias. & Dec. l. 1. C. Vnde vir & uxor. Bertrand. cons. 52. lib. 2. Bened. c. Rainutius. verbo & uxor. nomine Almans. nu. 81. ext. de testam.* 106

Ex hoc quoq; descendit id, quod lex statuens, ut coniux pauper coniugi locupleti succedat in quartam partem bonorũ, non porrigatur ad feuda *c. 1. § quamvis & ibi Doctor. de invest. de re aliena facta Roman. Alex. & Ias. de Auth. præterea C. unde vir & uxor Mart. Laud. præpositus c. 1. § donare qualiter feudum olim.* 107

Huc accedit, quod constitutio Marchica qua cavetur, ut coniux superstes coniugis defuncti semissem bonorum retineat, non habeat locum in feudis *Baptista de S. Blasio in tr. feu. diff. 93. Socin. iunior cons. 72. nu. 50. lib. 1.* 108

 His ad-

109 His adde quod constitutio juris saxonici, qua cavetur, ut inter virum & uxorem omnia bona sint communia. *act.31. Landr. lib. 1.* non extendatur ad feuda
110 *Bened. in repetitione c. Rainutius. Verbo & uxorem nomine nu. 787. extra de testamentis.*

111 His consequens est, quod lex ciuilis permittens res subiectas restitutioni, causa dotis vel donationis propter nuptias alienare, *Auth. res quæ & ibi Ias. C. com-*
112 *munia de legat.* non procedat in feudis. *c. 1. § donare & ibi Bal. & Doctores qualiter feudum olim Ias. d. Auth. res quæ Ias. cons. 89. Tit. 4. lib. 1. Guido Pap. cons. 218.*

113 Cæterum cum omne jus, quod Vasallus in feudo habet, mortuo Vasallo, expiret, *arg. c. 1. § fin. ex quib.*
114 *causis feudum amitt.* & ipse Vasallus censeatur gravatus feudum suum post mortem suam filijs vel agnatis restituere. *Iser. c. 1. § hoc quoq. num. 9. & ibi Afflict. num. 8. de success. feudi. And. c. 1. § quid ergo num. . & Matth. ibi num. 20. de invest. de re alie. facta Matt. in lud. feud. num. 178. Paris. cons. 65. lib. 3.*

115 Atq; is, qui in re aliqua jus habet, illam rem vel in specie vel in genere legans, vel per fidei commissum relinquens, tantum intelligatur legasse vel per fidei commissum reliquisse illud ius, quod ipse in ista re habet. *l. vxor patrui & ibi Bar. Alex. & Ias. C. de legat. l. qui in rerum § 1. & ibi Bar. Bal. & p. de Cast. Alex. & Ias. ff. eod. Tit. Guilhel. de Cuneo. l. si domino C. de usufr. Bal. l. habitatio C. eod. Tit. Alex. cons. 30. num. 12. lib. 1. cons. q. num. 13. lib. 2. Corn. cons. 64. lib. 4.*

116 Placuit hæredum gravatum res sive bona testatoris alteri restituere, bona feudalia fidei commissario non restituiturum. *Dyn. Bar. & Alex. l. si patroni prin. ff. ad*

ff. ad. S. C. Trebell, Bal. l. cum virum C. de fidei Corn. Martin. Laudens. c. 1. in fin. de lege corradi Alex. cons. 91. num. 10. lib. 1. Ias. in prelud. feud. num. 46. Laur. Silvanus cons. 30. col. 4.

Et cum præallegata ratio huius decisionis generalis sit, & absque distinctione procedat, Ego credo, & decisionem hanc, nisi constet de contraria mente testatoris, *arg. l. 3. C. de lib. prater. l. fin. C. qua res pig. oblig. possunt. l. sed Celsus § si fundus ff. contrah. emp. l. non aliter in prin. ff. legat. 3. l. in conditionib. ff. cond. & demonst. Reinerius de Forolivio l. unum ex familia § sed si feudum ff. legat. 2. Alex. cons. 9. num. 16. lib. 2. Ias d. l. uxor patrui.* & generalem esse & indistincte procedere, *arg. l. regula § fin. & ibi Bar. & Bal. ff. de iuris & facti ignor. l. 2. § si mater vers. quid si curatores & vers. quid si decesserint. ff. ad S. C. Tertullian. l. nomen debitoris § fin. ff. legat. 3.* 117 118 119 120

Nec recipere illas restrictiones, quas ad hanc conclusionem tradunt *Alex. d. l. si patroni in prin. Ias. in prelud. feud. num. 46.* 121

Secundò hoc quod dictum est, appellatione rerum sive bonorum etiam feuda comprehendi, non procedit eo casu, quando inter alias res, sive bona, & inter feuda diversitatis ratio militat. *Socin. cons. 73. num. 5. lib. 3. Dec. cons. 139. num. 4. arg. l. obligatione ff. pignor. l. 1. C. qua res pig. oblig. possunt. Dyn. in Rub. de reg. iur. lib. 6. Bar. l. si plurib. num. 6. ff. legat. 2.* 122

Ideoq; sub generali renuntiatione rerum vel bonorum paternorum, non comprehenditur feudum, neq; filius generaliter bonis sive rebus renuncians à feudis excluditur. *Bal. Auth. in successione C. de suis & legit. hared. Bal. cons. 437. lib. 1. incip. Quadam puella lib.* 123

 1. Mar-

1. Martin. Land. & Matthæus de Afflict. Cap. 1. § in generali, si de feudo defuncti conten. Fran. Aret. l. qui superstitis ff. acquir. hæred. Socin. cons. 73. lib. 3. Iaſ. l. Gallus § quidam recte in lect. 1. num. 44. ff. de lib. & posthu. Iaſ. in præl. feud. num. 45. Iaſ. cons. 95. lib. 1. cons. 207. lib. 2. cons. 7. lib. 3. & cons. 152. lib. 4. Dec. l. 1. ff. si certum petatur Dec. cons. 389. præp. c. 1. de eo qui fin. fecit Pariſ. cons. 7. & 12. lib.

124 Cuius decisionis nulla alia ratio assignari potest, quàm quòd inter feuda & reliqua bona paterna maxima diversitatis ratio militat.

125 Namq; licet viuo patre filius nullum jus in reliquis bonis paternis habeat. *Bar. l. Sciendum in pr. quæst. pen. ff. satisdare cogantur Bar. l. fin. arg. ill. tex. ff. liberis agnoſ. Bar. l. post emancipationem § illud ff. de liber. legat. Bar. l. 1. § si impuberi arg. ill. tex. ff. collat. bonor. Bal. Ang. Imo. Alex. & Iaſ. l. lex Cornel. arg. ill. tex. ff. vulg. & Pup. substit. Iaſ. l. 2. § quod si in patris num. 8. ff. sol. mat. Iaſ. l. in suis num. 15. ff. de lib. & posthum. Iaſ. in l. is potest num. 15. ff. acquir. hæred.*

126 At in feudis cum pater illa post mortem suam filio restituere ex pacto, sive providentia & domini feudi & illius qui primo feudum acquisivit obligatus sit. *Iſer. c. 1.*

127 *§ hoc quoq; num. 9. de success. feudi.* Ego credo etiam filium viuo patre jus aliquod habere.

128 Similiter alia bona paterna sive res paternas filius absolute à patre habere intelligitur, *arg. l. conficiuntur ff.*

129 *de jure Codicillor.* feuda verò filius non à patre, sed potius ex pacto, sive providentia Domini feudi acquirere dicitur. *Iſer. nu. 6. qualiter fund. olim. Aff. in prælud. feud. num. 170. facit tex. c. 1. § 1. de feudo Marchiæ.*

130 Huc accedit, quòd licet patri non permittatur feuda anti-

da antiqua in præiudicium filiorum suorum, etiam cum consensu domini feudi alienare, *c. 1. in pr. de alien. feud. pater.*

Patri tamen indistinctè permittatur, alia bona sua 131 pro libitu in præiudicium filiorum suorum alienare, *arg. l. in re mandata C. mandati l. 2. ff. si qui à parent. manumiss. fuerit gl. l. 1. verbo ex duab. C. inoff. don.*

Quod usq; adeo verum est, ut patri permittatur, 132 sua bona titulo oneroso alienare, etiam in fraudem legitimæ filijs ex bonis paternis debitæ, *gl. Bar. Bal. Ang. & Salicet. l. 2. C. si quid in fraud. patroni Dyn. & Bar. l. hereditarium ff. de bon. aut. iud. poss. Paul. de castro. Rub. C. si quid in fraud. patron. Alex. cons. 57. lib. 5. Corn. cons. 178. lib. 2. Ias. Auth. Vnde si parens num. 3. C. de inoff. testamento Ias. § item si quis in fraudem num. 1. Instit. de actio.*

Et hæc conclusio, quæ vult, sub generali renunciatione rerum vel bonorum paternorum, non comprehendi feuda, extenditur ut procedat, etiamsi hæc generalis renunciatio iurata sit. *Bal. c. 9. & ibi Alua. nu. 9. Prapos. nu. 6. & Afflict. nu. 34. an agnatus Aff. c. 1. § in generali, si de feudo defuncti contentio. &c.* 133

Namq; certum est, quòd licet iuramentum aliquin 134 habeat vim expressi. *Bal. & Salycet l. 1. C. commod. Bal. & Alex. l. sancimus C. de testam. Alex. l. 1. § si quis ita ff. verb. oblig. Socin. cons. 147. lib. 1. Ias. l. si conven. ff. iurisdict. omnium iud. Ias. l. cert. col. 1. ff. si cer. petat. Ias. l. sub prætextu la. 2. C. de transact. Ias. l. si mihi & tibi § in legatis ff leg. 3. Dec. cons. 404. & cons. 432. Socin. jun. cons. 176. num. 26. lib. 1. arg. l. cum pater § filius matrem ff. legat. 2.*

Tamen juramentum nunquam extenditur ad id, 135 de quo neque in genere neq; in specie verisimiliter cogitatum

gitatum est. *Cyn. Bal. & Sal. l. 1. C. commod. Bar. l. si quis pro eo in prin. col. fin. ff. de fideiuss. Ias. l. si convenerit num. 17. ff. iurisd. omnium iud. Ias. l. sed et si quævis § quæsitum ff. si quis cautionib. Ias. l. si mihi & tibi § in legatis ff. legat. 1. Ias. l. sancimus C. testamen. Ias. l. eam quam C. de fideicom. arg. l. fin. C. de non num. pecun.*

136 Quare cum non verisimile sit, filium renunciantem rebus vel bonis paternis in genere, vel in specie, cogitasse de feudis, sequitur etiam renuntiationem juratam generaliter factam ad feuda non extendi.

137 Secundò hæc Conclusio extenditur ut procedat, etiamsi filius renunciaverit, omni juri quod ipse habet, quodq; habere sperat, in rebus sive bonis paternis, Namq; simili modo per hanc renunciationem ipsum non excludi à feudis de jure respondit *Card. Paris. cons. 12. num. 64. lib. 1.*

Et testatur hanc eandem tenere *Alber. de Rosat. l. tres fratres ff. pact. Et hanc sententiam confirmat id quod tradit Bar. l. qui Romæ § duo fratres num. 24. & ibi Alex. & Ias. num. 78. ff. Verb. olig.*

138 Hæc conclusio fallit primò, si filius renunciauerit quibuscunq; bonis paternis, tunc enim per hanc renunciationem ipsum etiam à feudis excludi tradit *Dec. cons. 389. num. 11. Afflict. c. 1. § in generali, si de feudo def. conten. arg. gl. l. fin. Verbo per quamcunq; C. de leg. stan. pers. in iud. hab. gl. Clem. 1. Verbo quibuscunq; de iudicijs gl. c. quamvis Vers. quaslibet & ibi Dom. 2. notab. de elect. lib. 6. Bar. l. generali § uxori ff. de usufr. legato. Bal. l. 1. q. 34. ff. de rer. divis. Bal. l. fin. col. 1. C. sine censu vel reliquis Alex. l. si patroni in prin. ff. ad S. C. Trebell. Alex. l. et si seuerior col.*

2. C. ex

2. C. ex quibus causis infan. arrog. Ias. 2. §. ait Prator ff. qui satisda. cog.

Et † hæc limitatio verior videtur, quamvis in hoc 139
contrarium teneat *Paris. cons. 12. num. 67. lib. 1.*

Secundò † si filius generaliter rebus sive bonis pater- 140
nis renũciavit excepta vnâ aliquâ re feudali, per hanc renunciationem renuncians excluditur ab omnibus alijs bonis, seu rebus feudalibus, quas pater possidet. *arg. eius quod tradit Lapus & Dom. c. qui ad agendũ §. 1. de procur. lib. 6. Lud. Roman. cons. 172. incip. tota vis. Alex. l. fin. ff. quod quisq; iuris. Alex. cons. 226. nu. 29. lib. 9. Dec. c. consultationib. n. 12. arg. ill. tex. extra de offic. deleg. Dec. l. 1. num. 31. & 32. ff. de reg. Iur. Dec. cons. 97. col. 2. Tiraq. in tract. de ll. connubialib. gl. 7. nu. 161. facit tex. l. fundus qui locatus ff. de fundo instructo. l. deniq; §. interdum & communi Bar. ff. de pecul. leg. Prorulus in pr. & ibi Bal. ff. de vsufr. Bar. l. ex hac scriptura ff. de donat. Ias. l. legata inutiliter num. 11. ff. de legat. 1. Ias. l. 1. C. de bon. poss. contra tabul. Bal. l. Voluntas C. de fideicom. Dec. cons. 490. num. 6.*

Tertiò † Hæc conclusio fallit, in feudo merè & abso- 141
lutè hæreditario, acquisito nempe pro se & hæredibus quibuscunque. Nam † cum de isto feudo sit idem iudi- 142
cium, quod est de alijs bonis hæreditarijs, *Bal. l. cum virum C. de fideicommiss. Alex. l. si patroni in prin. ff. ad S. C. Trebell. Dec. l. 1. num. 13. C. unde vir & vxor Dec. cons. 490. num 14. Paris. cons. 3. num. 35. & 36. lib. 1. Tiraq. in tract. de mort saisit le vif. quinta declarat. quartæ partis num. 26.* fi- 143
lium † qui simpliciter rebus siue bonis paternis renunciat, etiam ab huius feudi successione excludi placuit. *Card. Paris. cons. 3. num. 34. lib. 1.*

IV. Filius † qui respectu rerum siue bonorum pa- 144

ternorum interveniente iuramento renunciat iuri agnationis & cognationis etiam â feudis excluditur. *Afflict. c. 1. §. in generali num. 18. & 19. si de feudo defuncti conten. arg. l. 3. §. sed si de conditione ff. de iureiur. gl. l. ius agnationis ff. de pact.*

145 De qua † tamen decisione ego admodum dubito:

146 Tum † quia contrarium videtur *Baldo. Auth. successione C. de suis & legit.*

147 Tum † quia lege expressè cautum est ius agnationis vel cognationis pacto tolli non posse. *l. ius agnationis ff. de pact. l. iura sanguinis ff. de reg. iur. l. abdicatio C. de patr. potest.*

148 Tum † etiam quia pactis induci nequit, vt is qui agnatus vel cognatus est fingatur non esse agnatus vel cognatus. *Bar. l. si quis pro emptore num. 22. ff. de vsucap.*

149 Quintò. Si † filius, mortuo patre, sciens patrem nulla alia bona quam bona feudalia reliquisse, renunciet rebus siue bonis paternis, hæc renunciatio, ne sit superuacua, siue inutilis, etiam ad feuda extenditur, *arg. l. si quando in prin. ff. legat. 1. l. fundus qui locatus ff. fundo instructo c. si papa de privileg. lib. 6. gl. l. si quando in pr. num. 4. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.*

150 Tertiò † appellatione rerum siue bonorum, feuda non comprehenduntur in illis dispositionibus, in quibus numerationem quarundam rerum siue bonorum allodialium, adijcitur clausula generalis, *& omnes alia res*, siue *omnia alia bona*.

151 Namque † hæc dictio *alia*, eius efficaciæ est vt restringat generalem dispositionem ad illos casus qui sunt similes expressis. *gl. l. si fugitiui & ibi Cepoli num. 41. C. de*

41. C. de seruit. fugit. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. Bal. l. conuenticulam C. de Episcopis & Clericis Felin. c. sedes apostolica num. 3. & ibi Dec. num. 1. extra de rescript. Ias. l. quicunq. C. qui admitti facit tex. c. cum non ab homine extra de iud. Paris. cons. 119. num. 15. lib. 4.

Quartò. Appellatione † rerum siue bonorum non comprehenduntur feuda in ijs dispositionibus, in quibus post enumerationem quorundam bonorum siue quarundam rerum allodialium adijcitur clausula generalis, *omnes aliæ res*, siue *omnia bona*: etiam detracta dictione, ALIA. *arg. l. fin. §. cui dulcia ff. de trit. vino & oleo legato Clem. non potest de procurat. Clem. 1. de præbend. Bar. l. quæsitum ff. de fundo instr. Felin. c. sedes Apostolica num. 6. extra de rescriptione Ias. l. sed etsi quis ff. de cautionib.* 152

Quintò. Appellatione† rerum siue bonorum non comprehenduntur bona feudalia, in illis casibus, in quibus discretiuè siue distinctim fit mentio de feudis, & de alijs rebus, siue bonis. *arg. l. Gallus ita ff. de lib. & posthum. l. Clemens in prin. ff. de hæred. instit. l. doli clausula ff. verb. oblig. c. 1. an agnat. iuncta l. filius ff. de suis & legit. Bal. l. in multis. ff. de statu hominum. Ias. l. si quis id quod ff. de iurisd. §. omnium iud. Dec. l. 1. lect. 6. ff. si cert. pet.* 153

Sextò. Appellatione † rerum siue bonorum non comprehenduntur bona feudalia, quando vel subiecta materia, *arg. l. si vno in pr. ff. locat. & conduct.* Vel† communis usus loquendi contrarium suadet. *arg. l. librorum §. quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* 154 155

Iuxta †prædicta quæritur: Vtrum beneficium *l. 2. C. de rescind. vendition.* habeat locum in feudis? ad cuius quæstionis decisionem videte ea quæ latè diximus *in tr.* 156

nostro feudali part. I *quæst.3.num.22. & par.5.cap.6.num. 9. & seq.* & vltra ibidem allegata hanc quæstionem mouet & decidit, *Iaf.l. de quibus num.27.ff.de legib. Lud. Rom. l.si quis cum aliter ff. verb. oblig. Alber. Brun. in consil* 41.

157 Vtrum† autem *l.cum à matre C.de rei vend.* in feudis procedat, tradit *Socin.Iun. consf.*112. *num.22. lib.* 2. *Thom. Gram. in decis.93.*

§ SECVNDVS.

In quo tractatur an Emphytheusis, & animalia adeoq; & homo rerum appellatione contineantur.

SVMMARIA.

1. Emphytheusis comprehenditur rerum siue bonorum appellatione, limitatur n. 2. 3. 4. 5. & 6.

2. Rerum bonorúmve appellatione etiam homines ac reliqua animalia continentur.

8. Dispositio qualibet in qua rerum mentio fit, etiam homines reliquaq; animalia comprehendit.

9. Decimas qui juravit solvere se velle, de rebus vel animalibus, etiam de servis solvere tenetur.

10. Rerum bonorúmve appellatione homines cateraq; animalia comprehenduntur etiam in odiosis.

11. Statutum de rebus sive bonis delinquentis publicandis, etiam mancipia eius, reliquaq; animalia pertinet.

12. Rerum bonorúmve appellatione, etiam mancipia aliaq; animalia, certo in loco existentia continentur: modo eò perpetuò destinata sint. ibid n.13. aliàs secus ibid. n 14.

15. Rerum mobilium appellatione continentur etiam mancipia aliaq; animalia, ex propria significatione.

16. Fœtus pecorum rei appellatione continentur.

17. Homo

17. *Homo aliaq; animalia rerum aut bonorum appellatione non continentur, si constat mentem disponentis ita fuisse. Item, si subjecta materies aliud suadeat, ibid. num. 18. item si communis usus loquendi ita induxerit. ibid. num. 19 item ubi hac distinguuntur, ibidem. num. 20.*

21. *Servi rerum appellatione non continentur. cum in dispositione mentio fit de rebus & fructibus aliarum rerum.*

22. *Servi rerum appellatione non veniunt, vbi de rebus tanquam accessorijs mentio fit.*

23. *Rei æstimabilis nomine liber homo non continetur.*

24. *Hominis causâ res omnes conditæ sunt.*

25. *Homo rerum omnium præstantissimus.*

26. *Homo liber sub generali dispositione non continetur.*

27. *Statutum vt de rebus siue animalibus vectigal solvatur non extenditur ad hominem liberum.*

VNDECIMO † appellatione rerum sive bonorum etiam bona Emphiteutica continentur. *specul §.nunc aliqua.(alias est specialis titulus,de emphyteusi) n.184. vers. item alia ratione, si filius repudiat bona,&c. de locat. Bald.cons. 184.incip. præmissis verbis cuiusdam statuti. lib.1. Ias. l. si non sortem §. si libertus num.36. ff. de condit indeb. Ias. l. Gallus §. quidam recte lect.1.nu.44. & lect. 2. num. 26. ff. de lib. & posthumis Ias. l. quod dicitur num 31. ff. verb. obligat. Ias Authent. Vnde si parens num. 8. C.de inoff. testamento. Ias. consil.207. incip.verbi instrumenti lib.2. Dec. cons.389. Catellianus Cotta in memorab.incip. bonorum appellat. & in memor. Emphiteusis non venit. Tiraq. in rep. l si unquam num. 9.C. donat.* 1

Nisi † vel contraria mens disponentis *arg. l. non aliter in prin. ff. legat. 3.* Vel † communis vsus loquendi *arg. l. liberorum § quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* Vel † subiecta materia aliud suadeat, *arg. l. si vno in pr. ff. locat. & conduct.* Vel † inter res Emphiteuticas & alias res siue bona 2 3 4 5

bona diversitatis ratio militet *arg. l. obligatione ff. pignor.*
6 Vel † dispositio aliqua distinctim si aediscretivè d: Emphiteusi deque alijs rebus loquatur. *arg. l. si ita ff. l. b. & posthum.*

7 Duodecimò † appellatione rerum siue bonorum comprehenduntur etiam homines reliquaque animalia. *Dec. l. 1. lect. 3. num. 37. ff. si cert. petatur arg. l. omnia §. fin. ibi Bal. ff. legat. 2. l. Paulus §. fin ff. pignor. l. fin. C. verb. sing. Instit. de r. b. corp. & incorp. in pr.*

8 Ideoque † quælibet dispositio, in qua fit mentio de rebus, etiam homines cæteraque animalia comprehendit *arg. l. fin §. cui dulcia ff. de trit. vino & oleo, legat. gl. Clem. 1. verbo quamvis de præbend. Felin. c. sedes Apostolica num. 4. extra de rescript.*

9 Ex quo † sequitur, veram non esse decisionem Doctorum, qui volunt, eum qui iurauit, soluere decimas de rebus seu bonis, siue animalibus: non cogi ratione huius iuramenti de servis siue mancipijs decimas solvere. *Card. Clem. 1. q. 17. de decimis Dec. l. 1. num. 37. ff. si certum petatur.*

10 Hæc † conclusio, quæ vult appellatione rerum, etiam homines reliquaq; animalia comprehendi, procedit, non tantum in dispositionibus favorabilibus, sed etiam in dispositionibus odiosis *arg l. cum ancillis C. de*
11 *incest. nup.* Ideoque † si lege, vel statuto, cautum sit, ut res vel bona delinquentis publicari debeant, hæc lex vel statutum ita interpretandum est, ut etiam mancipia sive servi delinquentis, & reliqua animalia publicari debeant. *Bald. l. omnia §. cùm ita ff. de legat. 2.*

12 Secundò † hæc conclusio extenditur, ut etiam appellatione

pellatione rerum vel bonorum in certo loco existentia mancipia reliqua animalia comprehendantur *d.l. omnia §.fin.* Quod † tamen ita demum verum est quando 13
mancipia siue reliqua animalia sunt in certo loco perpetua destinatione patrisfamilias.

Secus † autem est si mancipia reliquaque anima- 14
lia tantū ad tempus aliquo in loco sint. *Corn.cons.49.l.3.*

Tertiò † etiam appellatione rerum mobilium se- 15
cundum propriam vocabuli significationem mancipia reliquaque animalia comprehenduntur *l. mouentium & ibi gl.ff. verb. signif. gl. l. à Diuo Pio §. in venditione verbo animalia ff. re iudicat Specul. §. 1. num. 8. de fructib. & interesse. Card. Paris. cons. 67. num. 2. cons. 79. num. 41. & cons. 96. num. 9. lib. 2.*

Quartò † hæc conclusio extenditur ut etiam fœ- 16
tus pecorum appellatione rei contineantur *Paris. cons. 96. num. 10. lib. 2.*

Hæc † Conclusio fallit primò, si constat de con- 17
traria mente disponentis *Bal. l. 1. num. 1. ff. de statu hominum arg. l. obligatione ff. de pignorib.*

Secundò. Hæc † conclusio fallit, si subiecta mate- 18
ria aliud suadeat, *arg. l. si vno in pr. ff. locat. & conduct.*

Tertiò. Hæc † conclusio fallit, si communis u- 19
sus loquendi contrarium induxerit. *arg. l. liberorum §. quod tamen Cassius ff. de legat. 3.*

Quartò. Hæc † conclusio fallit, si in aliqua dispo- 20
sitione fiat distinctim siue discretiue mentio de rebus & animalibus. *Dec. l. 1. lect. 3. num 38. ff. si cert. petatur arg. l. 1. ff de statu hominum.*

Quintò. Hæc † conclusio fallit, si in aliqua disposi- 21
tione fiat mentio de rebus & fructibus aliarum rerum.

Tunc

Tunc enim appellatione rerum homines & servi non continentur, *arg. l. in pecudum §. 1. ff. de vsur.*

22 Sextò. Hæc† conclusio fallit si de rebus tanquam de accessorijs alterius rei mentio fiat. Tunc enim simili modo appellatione rei homines & servi non veniunt, *arg. l. iustissime ff de ædil. edicto.*

23 Septimò. Appellatione† rei æstimabilis homines liberi non comprehenduntur *Bar. l. 4. §. ait prætor ff. de dam. infecto. Bar. l. ita autem ff. de administ. tutor Felin. c. nonnulli in prin. num 34. ff. si cer. petatur.*

24 Octauò. Cum† omnes res hominum causa con-
25 ditæ sint, atque† homo sit præstantissimus rerum, *arg. d. l. iustissime l. 2. ff. de statu hominum, §. fin. Institut. de iure*
26 *naturali gentium & ciuili.* ex† verisimili mente disponentis, sub generali dispositione, homines liberos, non contineri tradit *Dec. l. 1. lect. 3. num. 26. ff si certum petatur.*

27 Ideoque † statutum quo cauetur ut de rebus sive animalibus vectigal solvatur, non extendi ad liberos homines, docet Florianus *l. 2. ff. ad L. Aquil.*

§ TERTIVS.

In quo tractatur de Iuribus incorporalibus.

SVMMARIA.

1. *Res quædam sunt diuini, quædam humani juris.*
2. *Res divini juris sunt sacræ, religiosæ aut sanctæ.*
3. *Res humani juris sunt aut publicæ, aut privatæ.*
4. *Res quædam sunt Corporales, quædam incorporales.*

5. Res

5. Res corporales sunt, quæ tangi possunt.

6. Res incorporales tangi nequeunt & versantur in iure.

7. Rerum corporalium & incorporalium differentia, & num. 8. 13. 34. 48.

9. Dominij appellatio rebus corporalibus non incorporalibus propriè convenit.

10. Statutum de dominio, ad res incorporales non extenditur.

11. Vltima voluntas de dominio, ad res incorporales non pertinet.

12. Dispositio de dominio loquens, non pertinet ad res incorporales.

13. Dominium largè & impropriè ad res incorporales extenditur. declaratur ibid. num. 20.

14. Vsumfructum, usum, iter vel aliud habens, dominium hujus juris habere censetur.

15. Libellus interpretandus, ut valeat, etiamsi impropriandus sit. ibid. num. 16.

17. Libellus, quo is, qui jus sive rem incorporalem habet, proponit se dominum hujus juris, valet. declaratur hoc ibid. num. 18.

19. Libellans super servitute, si dicat se dominum fundi cadit causa, quamvis probet jus.

21. Dominij appellatio non competit juribus merè personalibus, qualia sunt obligationes.

22. Res corporales propriè possidentur, incorporales non. n. 23.

24. Iura incorporalia largè & impropriè possideri censentur.

25. Iurium incorporalium nomine interdicta possessoria sunt constituta.

26. In Iuribus incorporalibus L. si quis in tantam, C. vnde vi. locum habet. limitatur ibid. n. 27. & 29.

28. Iura incorporalia merè personalia impropriissimè tantum possidentur.

29. Pro Iuribus merè Personalibus an & quando detur interdictum possessorium? & n. 30.

31. Statutorum verba propriè intelligenda sunt.

32. *Statuta ad casum improprium non extendenda.*

33. *Statutum de possessione loquens, regulariter tantum de possessione rei corporalis intelligendum est.*

35. *Possessio rerum immobilium non nisi negligentia decennij amittitur, & num 36. ampliatur ibid. n. 37.*

38 *Possessio jurium incorporalium amittitur statim post negligentiam possessoris, & num. 39. 40.*

41. *Censum minorem, à ciuitate ad maiorem obligatâ percipiens statim à primo momento amittit possessionem majoris census indeq́ currit præscriptio.*

42. *Censu annuo in fundo aliquo competente, si possessor fundi eum alienet ignorante creditore, eiq; tamen censum quotannis solvat, an novus possessor fundi libertatis possessionem consequatur? & num. 43. Præscriptione tamen decursa datur ignoranti restitutio. num. 44. intra quadriennium. num. 46.*

45. *Præscriptio currit etiam contra ignorantem.*

47 *Quadriennium restitutionis contra præscriptionem currit à die scientiæ.*

48. *Res corporales traditionem recipiunt, incorporales non.*

49. *Traditionis loco in incorporalibus patientia est.*

50. *Cessio jurium merè personalium traditionis vicem obtinet.*

51. *Cessio jurium propriè traditio dici nequit.*

52. *Statutum aut alia dispositio de traditione loquens ad res incorporales non extenditur.*

53. *Tradi etiam res incorporales dicuntur, sed largè & impropriè.*

54. *Traditionis mentionem faciens dispositio ad jura extenditur, si aliàs futura est supernatua, vel de mente constat, ibid. n. 55*

ABSOLV-

ABSOLVTIS atque explicatis illis, quæ ad significationem Tituli pertinent, consequens est, vt materiam huius tituli, distinctionem nempe atque diuisiones rerum explicemus. Summa † itaque rerum diuisio est, quod quædam res sint 1
diuini, quædam verò humani iuris.

Rursus † eæ res quæ diuini iuris sunt diuiduntur 2
in res sacras, religiosas & sanctas. Eæ † vero quæ hu- 3
mani iuris sunt diuiduntur in res publicas & priuatas,

Huius primæ distinctionis & omnia membra & vniuersam materiam explicabimus infra in quarta diuisione.

Secunda † principalis rerum diuisio est, quod 4
quædam res sunt corporales, quædam incorporales.

Corporales † res illæ dicuntur, quæ tangi pos- 5
sunt, vt homo, fundus, & similes res.

Incorporales † verò res eæ dicuntur, quæ tangi 6
non possunt, qualia sunt illa, quæ in iure consistunt, *l. 1. hoc tit. nostro Instit. de reb. corp. & incorp.*

Porrò res † corporales à rebus incorporalibus 7
multum differunt. Et † primò quo ad dominium. 8

Namq; † appellatio dominij propriè rebus cor- 9
poralibus, non autem rebus incorporalibus conuenit *Bar. l. si quis vi. 17. §. differentia ff. acqui. poss. arg. l. rectè dicimus. 25. ff. verb. sig. l. 1. §. 1. ff. ad S.C. Syllanian.*

Ideoq; † dispositio statuti *arg. l. §. scis qui nauem* 10
ff. exer. act. l. 3. §. hæc verba ff. negot gest. Vltimæ † volun- 11
tatis *arg. l. non aliter in pr. ff. de legat. 3. l. labeo ff. de supplect. legata.* Contractus *arg. l. quicquid astringendæ ff. ver. oblig.*

12 *oblig.* Vel similis † de dominio loquens, ad res incorporales non extenditur. *argumento eius quod tradit Iaf. in l. 3. C. de lib. prater.*

13 Largè † tamen & impropriè etiam ad res incorpo-
14 rales extenditur, atque is † qui vsumfructum, vsum, iter vel aliud ius habet, dominium huius iuris habere censetur. *Bar. d. §. differentia. Bar. l. qui vsumfructum ff. si vsusfructus petatur.*

15 Ideoq; † cum omnis libellus ita interpretandus sit, vt ille libellus valeat atque sustineatur. *arg. l. quoties*
16 *ff. verb. obligat. l. quoties ff. de rebus dub.* Etiamsi † capiendo hanc interpretationem necesse sit verba in libello posita ad significationem impropriam detorquere *Bar. l. si olei 21. n. 2. C. locat. arg. illi. tex. Iaf. in l. sed & si possessori 11. §. item si iurauero. 2. n. 7. & 8. ff. de iureiur.* Pla-
17 cuit † sustineri libellum in quo, is qui ius siue rem incorporalem habet, proponit se dominium huius iuris siue rei incorporalis habere. *Iaf. in d. l. sed etsi possessori 11. §. item si iurauero. 2. n. 11. ff. de iureiuran.*

18 Quod † tamen ita demum verum est, quando quis in libello prætendit se habere dominium iuris, secus autem est, si quis in libello prætendit, vel proponat se ha-
19 bere dominium rei corporalis in qua ius habet. Tunc † enim licet ipse probet, se habere ius in ipsa re corporali: tamen in causa minimè obtinebit *Alex. l. naturaliter §. nihil commune ff. de arg. poss. ar. l. habebat in pr ff. de inst. act. 26.*

20 Præterea † hoc, quod dictum est appellationem dominij impropriè siue largè conuenire etiam iuribus incorporalibus, procedit tantum in illis iuribus siue rebus incorporalibus, quæ res incorporales siue quæ iura rea-
21 lia sunt, secus † autem est in illis iuribus quæ sunt merè persona-

personalia, qualia sunt obligationes: namque illis neque propriè neque impropriè appellatio dominij conuenit, *arg. eius quod docet Bar. l. iubemus in pr. num.* 1. *C. de S.S. Eccles. Bal. l. Si certis annis. num.* 19. *C. de pact. Bal. l.* 1. *num.* 41. *C. de seruit. & aqua.*

Secundò † res corporales à rebus incorporalibus etiam in hoc differunt, quod res corporales propriè possidentur. *l.* 3. *in prin. ff. acquir. poss.* 22

Incorporales † verò res propriè non possidentur. *l. si ædes §. fin. ff. seruit. vrb. præd. l. sequitur §. viam ff. de vsucap. gl. l. seruus §. incorporales ff. de acquir. rer. dominio.* 23

Largè † tamen & impropriè etiam iura siue res incorporales possideri censemus. *l.* 2. *ff. communia præd. l. fin ff. vti possid. l. fin. ff. de itin. actuq. priuato c.* 2. *extra de restitut. in integr. c. cum Ecclesia Sutrina extra de causa poss. & propriet. l. Item videndum §. si. quis ff. petit. hæred. gl. Bar. Cuman. Alex. & Iason l.* 3. *in prin. ff. acqui. poss.* 24

Ideoque † pro rebus siue iuribus incorporalibus interdicta quasi possessoria constituta sunt *l. quoties la.* 2. *ff. de seruitut.* 25

Quin imò † etiam remedium l. si quis in tantam C. Vnde vi, in iuribus siue rebus incorporalibus locum habere traditur *gl. d. l. si quis in tantam verbo earundem & ibi Bar. Bal. Sal. Ias. d. l.* 3. *in prin. ff. de acqui. poss.* 26

Quod † tamen tantum procedit in iuribus realibus, secus autem est in iuribus merè personalibus qualia sunt obligationes. Namque † illa neque propriè neque impropriè, sed impropriissimè tantum 27 28

 possideri

posideri dicuntur *gl. l. regulariter ff. de petit. hæred. Alex. d. l. 3. num. 2. ff. de acquir. Poss. arg. l. quod in diem §. pen. & l. etiam §. fin. cum. l. seq. ff. de petit. hæred.*

29 Ideoq; † ei, qui hæc iura habet nullum interdictum possessorium datur *Bar. l.* 1. *§. fin. arg. ill. tex. ff. quorum bonorum Bal. d. l. si certis annis. nu.* 19. *Bal. d. l. 2. num.* 41. *C. de seruit. & aqua Abb. c. quærelam num.* 12. *extra de Elect.*

30 Nisi ipsi † cui hæc iura merè personalia competunt fuerit acquisita defensio in re aliqua corporali: Tunc enim si ipse hac defensione de facto spoliatus fuerit, ipsi remedium Canonis redintegrandæ competere tradit *Bal. l. eadem lect.* 1. *num.* 2. *C. de locat. & conduct.*

31 Cæterum † cum verba statutorum sint propriè intelligenda *l.* 1. *§. si is qui nauem ff. exerc. act.* nec † ad casum improprium extendenda *arg. l.* 3. *§. hæc verba ff. neg. gest. Bar. l. 1. §. 1. ff. de fonte.* Statutum † de possessione loquens regulariter tantum de possessione rei corporalis intelligendum est, nec ad quasi possessionem rei incorporalis extendendum *tradit Anton. de Butr. l. fin. extra de caussa poss. & propriet. Alex. & Ias. l. 3. in Prin. ff. de acquir. poss.*

32

33

34 Tertiò † res corporales ab incorporalibus etiam

35 quo ad amittendam possessionem differunt. Nam † rerum corporalium, si immobiles sint, possessio non amittitur nisi per negligentiam decennij *gl. l. si id quod in pr. de acqui. poss. gl. l. si de eo §. si forte & ibi Bar. Ang. & Alex. ff. eodem Tit. gl. l. fin. Verbo vacuam C. vnde vi gl. & Iacob. Butrig. l. licet. C. de acqui. poss. gl. §. quod autem verbo absentem Instit. de vsucap. Dyn. c. sine possessione de reg. iur. lib. 6. Cyn. Bart. & Bald. l. 1. C. de seruis fugit. Rainerius l. furtum §. fundi arg. ill. tex. ff. de vsucap. Bal. l. fin. C. de his*

qui à

qui à non domino. Alex. consil. 33. num. 22. lib. 3. cons. 14. num. 7. lib. 5. cons. 33. num. 3. lib. 6. Paul. de Cast. cons. 396. lib. 2. Abb. c. Vigilanti & ibi Felin. num. 10. extra de praescrip. Iaf. l. 1. in pr. num. 49. & §. per seruum qui in fuga num. 12. ff. acquir. poss. Fran. Balbus in repet. l. Celsus 2. par. num. 11. ff. vsucap. Aymo. Crauetta. in tractat. de antiqui. temp. 4. par. §. absolutis num. 29.

Et † licet aliqui Doctores in hoc contrarium te- 36
neant, ac velint, ad amittendam possessionem rei corporalis immobilis non requiri necessariò negligentiam decennij, sed sufficere minus tempus arbitrio iudicis definiendum. *Innoc. c. querelam extra Elect. l. 1. C. Vbi causa status Ang. & Im. l. furtum §. fundi. ff. de vsucap. Ang. Aret. d. §. quod autem Instit. de vsucap. Bal. l. 2. num. 43. C. de seruit. & aq. Alex. cons. 6. num. 14. l. 3. Iaf. l. 1. num. 26. C. de seruis fugit.*

Tamen † praecedens opinio & verior & commu- 37
nior * est, & procedit etiamsi ille, qui rem immobilem, *
de qua agitur, possidebat, mortuus fuerit. *Anton de But. & Abb. c. cum ad sedem extra de rest. spol. Alex. cons. 33. num. 23. l. 3. Fran. Balbus in repet. l. Celsus 2. par. nu. 11. ff. de vsuc.*

Incorporalium † tamen rerum siue iurium quasi 38
possessio ciuilis per negligentiam statim atque possessor negligit vti iure suo, amittitur, etiam non interueniente cursu decennij *Bal. l. si quis diuturno arg. ill. tex. l. sequitur §. si viam ff. de vsucap. c. auditis extra de praescrip. c. olim causam iuncta gl. verbo triginta extra de censibus.*

Et † licet quo ad hoc propositum contrarium te- 39
neat *Corn. cons. 16. num. 14. & 15. lib. 2. & cons. 142 num. 9. lib. 3.* Tamen † praecedens opinio & verior & mihi plus pla- 40
cet, & secundum † eam in causa graui inter viduam Co- 41
mitissam

mitissam à Schwartzburgk & ciuitatem Arnstadt de facto consultus de iure respondi. Comites à Schwartzburgk qui à ciuitate Arnstadt/ipsis ad maiorem censum annuum obligatâ, minorem censum annuum per tempus aliquot receperant, perdidisse ciuilem possessionem maioris census annui percipiendi, statim atq; ipsi à ciuitate prædicta receperunt minorem censum, atque fuerunt in negligentia petendi maiorem censum, ac ciuitatem statim à tempore non soluti maioris census incepisse præscribere hoc ius, ne ipsa in posterum maiorem censum annuum comitibus soluere cogatur *arg. d. c. olim causam iuncta gl, verbo triginta extra de censibus*. Licet huic decisioni nonnihil refragari videatur id quod tradit *Bal. l. 2. num. 43. C. de seruit. & aqua.*

42 Vnico † tamen casu, cum qui in aliqua re, vel ius annuorum redituum, vel simile ius habet, per hoc quod ipse à possessore huius rei annuos reditus non petit, quasi possessionem huius iuris non amittere traditur, si videlicet is, qui hanc rem primò poss-dit illam rem tanquam liberam alienauerit & tradiderit, ignorante eo, qui in hac re ius habet, ac nihilominus ei annuos reditus singulis annis soluerit. Tunc enim quamdiu hic alienator ei cui ius annui reditus competit, singulis annis hosce reditus præstat, atq; is cui hoc ius competit ignorat illam rem in qua ius habet, à tertio possideri ipsum cui hoc ius competit, quasi possessionem huius iuris retinere tradit *Aymo Crauetta in Tract. de antiqui. temp. 4. par. §. absolutis num. 31.*

43 Ego † verò hanc sententiam, salua tamen meliori deliberatione, veram non iudico, sed statuo etiam hoc casu eum qui ius in aliqua re habet quasi possessionem huius iuris perdere. *arg. l. 3. §. quod si seruus & ibi Bar. Alex.*

Alex. & Iaſ. ff. de acqui. Poſſ. l. quamvis § 1. *iuncta gl. & ibi Bar. & Alex. ff. de eod. Tit.*

Sed† ſi poſſeſſor huius rei, in qua alius ius habet putans eam liberam, libertatem contra hoc ius, eo cui 44
hoc ius competit, ignorante præſcripſerit, quod† abſq; 45
dubio fieri poteſt. *arg. l. fin. C. de longi tempor. præſcrip. l ſicut C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum.*

Et † cui hoc jus competijt contra hanc præſcriptio- 46
nem reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ
intra quadriennium, (non † quidem â tempore præſcri- 47
ptionis completæ, ſed ab eo tempore quo ipſe reſciuit hanc præſcriptionem completam computando, *Bald. l. falſam C. ſi ex falſ. inſtrum. Paul de Caſt. l. fin. C. de dolo Abb. c. 1. & ibi Felyn num 9. extra de præſcript. Abb. conſ. 32 num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 71. num. 7. conſ. 84. num. 3. lib. 1. conſ. 4. num. 19. conſ. 89. num. 10. conſ. 169. num. 16. lib. 2. conſ. 63. nu. 15. & 29. lib. 4. conſ. 116. num. 3. lib. 5. Card. Clem. 1. q. 15. de reſtit. in integr. Socin. conſ. 80. num. 5. lib. 3. conſ. 87. nu. 4. lib. 4. Aret. conſ. 15. Iaſ. Auth. quas actiones C. de S. S. Eccleſ ys Iaſ.* § *rurſus num. 37. Inſtit. de act. Fran. Balb. in tract. de præſcrip. 4. par. 4. par. prin. num. 10. Aymo. Cravetta in tract. de antiq. temp. 4. par.* § *materia iſta nu. 45. arg. l. fin. & ibi Bal. C. de temp. in integ. reſtit. c. 1. & 2. de reſtit. in integ. lib. 6. Socin. iunior conſ. 70. nu. 25. lib. 1. iuncto textu l. annus ff. de calumniator. l. cum ſex ff. de edilit. edicto l. 2. in prin. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſervetur*) petere & impetrare permittitur *gl. l. ſi patrem.* § *1. verbo non utendo ff quemad. ſervitus amitt. Bar. l. 1.* § *ſi quis propter inundationem arg. ill. tex. ff. de itinere actuq; privato Abb. & Felyn. c. 1. extra eod. Iaſ. d. Auth. quas actiones cum ſimilib. allegat per Fran. Balbum in tr. de præſcrip. 4.*

scrip. 4. par. 4. par. prin. q. 29. Nicol. Boer. dec. 39. Aymo. Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. § materia ista nu. 44. usq. ad num. 72. facit tex. l. & Atticilinus ff. de servit. rust. prædior. l. quantumuis in prin. ff. acquir. hæred.

48 Quartò † res corporales à rebus incorporalibus etiam in hoc differunt, quòd res corporales traditionem recipiant, Res verò incorporales traditionem non recipiant. *l. servus § incorporales ff. de acqui. rer. domin.* sed
49 † in illis usus & patientia pro traditione habeantur *l. 3. § dare ff. de usufr. l. quoties la. 2. ff. de servit.*

50 Similiter † licet cessio iurium sive actionum merè personalium vicem traditionis obtineat: *gl. l. fin. C. quãdo fiscus vel privatus*
51 propriè † tamen cessio iurium traditio dici nequit. *gl. & Bar. l. fin. in pr. ff. donat. Ias. l. 3. in pr. ff. acquir. poss.*

52 Ideoq; † statutum, vel alia quælibet dispositio, de traditione loquens, ad res incorporales sive iura non extenditur. *arg. l. 1. § si is qui navem ff. de exer. act. l. non aliter in pr. ff. de legat. 3. l. quicquid astringendæ in prin. ff. verb. oblig.*

53 Largè † tamen & improprie etiam res incorporales sive iura tradi dicuntur. *arg. l. si ego § 1. ff. de pub. in*
54 *rem act. l. 1. § fin. ff. de servit. rust. præd.* Ideoq; † dispositio de traditione loquens, ad res incorporales sive jura extenditur eo casu quando hæc dispositio, vel alioquin supervacua esset *arg. eius quod tradit Ias. l. quoties*
55 *ff. verb. oblig.* vel † constaret de contraria mente disponentis *arg. eius quod docet Ias. l. 3. C. de lib. præter.*

§ QVARTVS.

In quo tractatur de rebus, quæ in patrimonio

monio

monio nostro sunt, eaq; ratione quæstio explicatur, quomodo servitutes neq; in bonis neq; extra bona nostra esse dicantur.

SVMMARIA.

1. *Res quædam sunt in patrimonio nostro, quædam extra illud.*
2. *Res in patrimonio nostro quan am esse dicantur?*
3. *Res extra patrimonium nostrum quæ sint?*
4. *Servitutes quare neq; in bonis neq; extra bona nostra esse dicantur? & n. 6. ac seqq.*
5. *Servitutum nomine nobis & actio & exceptio competit.*
7. *Servitutes per se sine prædio alienari nequeunt.*
8. *Servitutes per se non censentur.*
9. *Servitutes sunt accessoriæ alterius rei.*
10. *Intellectus l. 1. ff. de usufruct. legat.*
11. *Servitus est qualitas.*
12. *Qualitatis qualitas esse nequit.*

TErtia † rerum diuisio est, quod quædam res sint in 1
patrimonio nostro; quædam vero extra patrimonium nostrum. *Instit. de rer. divis. in prin.*

In † patrimonio nostro dicuntur esse illæ res quarũ 2
nobis actio vel exceptio competit. *arg. l. rem in bonis ff. de acquir. rer. domin.*

Extra † verò patrimonium nostrum esse, dicuntur 3
illæ res, quarum nomine nobis neq; actio neq; exceptio competit *arg. d. l. rem in bonis iuncto tex. l. 1. in pr. & ibi Alex. Ias. & Dec. ff. de offic. eius cui mand. est jurisdictio.*

Et † licet Paulus I C. alibi dicat: servitutes, quarum 4
† tamen nomine nobis & actio & exceptio competit, *l.* 5
1, l. 2. & l. si à te emero ff. si servit. vendicetur. neq; in bo-

 nis neq;

nis neq; extra bona nostra esse, *l.* 1. *ff. de usufructu le-gato.*

6 Tamen † hoc eam ob causam fieri censeo : Tum
7 † quia servitutes per se, sine prædio, alienari nequeunt *l. si aliena* § 1 *ff. de usuca. l. si aquæductus ff. de contrah. emp*
8 Tum† quia servitutes, cum† sint accessio alterius rei, pe
9 se non censentut, *arg. cum qui ff. de usuca.* Tum† quia ill
10 textus loquitur de servitute servitutis, & sic de qualita
11 te qualitatis, namq; † servitus qualitas est, *l. quid aliud ff*
12 *verb. significat.* Et † certi juris est quod qualitatis qualita esse nequeat, *arg. l. eius ff. si cert. petat. Paris. cons.* 11. *nu 7. lib.* 3.

§ QVINTVS.

In quo tractatur de rebus communibus, eaq occasione de molendinis aëre agitatis, adeoq; in genere de præscriptione, contra alios ne molendina habeant per prohibitionem acquirenda; varijsq; ad eam rem pertinentibus materijs practicabilibus,

SVMMARIA.

1. Res quædam communes sunt, quædam publicæ, quædam unive- sitatis, quædam singulorum.

2. Communes res quæ sint?

3. Rerum omnium status primævus nullius domini considerati- nem habet.

4. Communes res sunt aër, aqua profluens, mare, & littora ma

5. Aëris usus communis est. & n. 11

6. A

6. Aëris usus penitus occupari nequit.

7. Aëris usus penitus auferri non potest.

8. Aëris usum auferens iniuriarum tenetur.

9. Molendinum vento agitatum quilibet in suo fundo absq; superioris licentia ædificare potest.

10. AEdificare quilibet potest in suo quodlibet ædificium.

12. Domino cuiq; libera de rebus suis disponendi faciendiq; facultas est.

13. Aëris usus super fundo suo cuilibet liber esse debet.

14. Molendinum alatum pneumaticum ædificare mihi licet in meo, etiamsi vicino meo noceatur, quoad accedentes ad molendum.

15. Molendinum in suo ædificare, principaliter ad æmulationem alterius permissum non est.

16. Molendinum in fundo suo exstruens in dubio non præsumitur id facere ad æmulationem vel damnum alterius.

17. Molendium in fundo suo ædificans si nullum inde commodum habet, ædificare præsumitur ad æmulationem.

18. Molendinum æmulationis causa exstructum præsumitur, si impensæ excedunt commodum.

19. Molendinum æmulationis causa exstructum esse coniecturis probatur, arbitrio iuditis.

20. Molendinum ne ædificetur pacto conveniens, non potest ædificare.

21. Pactum, ne molendinum quis suo in fundo ædificet, valet. declaratur ibid. n. 22. & n. 25.

23. Pactum nudum non parit actionem.

24. Molendinum ne in suo ædificetur pacto conveniens, servare illud non tenetur, si nihil eius cui pactum est intersit. fallit ibid. n. 26. 27. 28.

29. Pactum de non ædificando molendino in fundo suo personalem tantum actionem parit.

30. Pactum de molendino non exstruendo in fundo suo, si causa inserta sit, jus reale acquiritur.

31. Pactum de non extruendo molendino in suo, an prosit singulari successori? & n. 32. 33. 34.

36 Servitute non exstruendi molendini constituta, singularis successor non potest ædificare molendinum.

37 Molendinum à singulari successore, contra servitutem exstructum, destruendum est.

38. Pœnam, pro non exstruendo molendino, non incurrit singularis successor.

39. Præscriptio pacto æquiparatur.

40. Præscriptio vim contractus obtinet.

41. Molendini jus præscribens, alios prohibere potest, ne novum ædificent.

42. Molendinum pluribus annis solus habens, jus hoc non præscribit, contra alios, ne ædificent.

43. Molendini jus solo præscribit qui alios prohibuit illiq; acquieverunt per tempus legitimum.

44. Molendinum exstruere in feudo sive fundo suo est actus meræ facultatis.

45 Facultatis meræ quæ sunt, contra ea non currit præscriptio nisi interveniente prohibitione.

46. Molendinum ne exstruatur servitus negativa est.

47. In servitutibus negativis, non currit præscriptio, nisi prohibitio interveniat.

48. Molendini non exstruendi servitus præscribitur legitimi temporis cursu interveniente prohibitione.

49. Prohibitio tam specialis quàm generalis sufficit ad molendini non exstruendi jus præscribendum. & n. 50.

52. Prohibitio generalis idem operatur quoad omnes personas, quod specialis quoad singulas. ampliatur, ibid. n. 53.

54. Generalis subscriptio idem operatur quod specialis.

55. Prohibitio etiam extrajudicialis ad præscriptionem molendini sufficit, eiq; pro bono pacis obtemperatum esse.

56. Præscriptio stricti juris est.

57. Præscriptio de persona ad personam non extenditur.

58. Præscriptio de uno casu ab una re ad alium casum, ad aliam rem non extenditur.

59. Molendini jus qui contra certas personas fundósue, præscripsit, contra alios uti eodem nequit. fallit. n. 60.

60. Univer-

60. *Vniversitas quatenus aggravetur majoris partis consensu in molendini præscriptione. & n. seqq.*

61. *Omnes quod tangit, non ut universos sed ut singulos in eo factum majoris partis populi cæteris non præjudicat.*

62. *Molendini jus ut unus & præter hunc alius nemo aliquo in loco habeat populum eius loci non ut universos sed ut singulos respicit.*

64. *Molendinum habens, si singulares personas, eâ intentione prohibet, exstruere molendinum, quasi nulli alij ibi hoc competat, præscribit jus contra totum populum, si hoc ad notitiam populi pervenit, etiamsi singulares illæ personæ probibitæ non sint major populi pars.*

65 *Pascendi jus etiam per singulares personas nomine universitatis pascentes universitati acquiritur.*

66. *Lignandi jus per singulares personas universitati acquiritur, si eo nomine utantur quasi universitati competat,*

67. *Puniendi jus in territorio præscribens etiam forenses punire potest, licet quo ad illos nunquam in quasi possessione jurisdictionis fuerit.*

68. *Collectandi jus qui præscripsit in populo, non tantum illis casibus, quibus ipse collectam imposuit, sed omnibus alijs, quibus necessitate urgente, collecta imponi consuevit collectare potest.*

69. *Collectas forensibus imponendi jus qui præscripsit, non tantum illis qui tempore præscriptionis bona habuerunt, sed etiam qui postea bona possidere incipiunt indicere collectas potest.*

70. *Lapicidinarum jus præscriptione in civitatis vel pagi territorio sitis agris acquirens, potest etiam in ijs locis cædere lapides ubi præscriptionis tempore nulli fuêre.*

71. *Vectigalis jus contra universitatem præscriptum usurpari potest etiam contra illos de universitate à quibus tempore præscriptionis exactum non est.*

72. *Præscriptio contra universitatem extenditur de persona ad personam, casu ad casum.*

73. *Iurisdictionem universalem præscribit, qui publicum actum jurisdictionis in illo loco exercet ea intentione quasi ipsi universalis jurisdictio competat.*

74 *Piscandi juris quasi possessio in flumine publico acquiritur ex prohibitione aliquorum, contra omnes, ubi prohibitio pervenit ad notitiam totius populi.*

75. *Causa*

75. *Causa magis actus, quam exercitium, considerandum est.*

76. *Possessio universalis acquiritur si causa & intentio universalis est.*

77. *Molendinum certas personas ædificare prohibens, ea intentione, quod ipsi soli hoc competat, acquirit jus contra omnes.*

78. *Molendinum certas personas ædificare prohibens, non intentione generali, contra illas tantum acquirit quas prohibuit.*

79. *Molendinum certas personas qui prohibuit ædificare, in dubio, ea intentione creditur prohibuisse, quod se solum putet hoc jure munitum.*

80. *Iure utens frequenter sciente adversario, vel hoc exprimendo, vel talem actum faciendo qui non competit, nisi universale jus habenti censetur intentione juris universalis uti etiam unico actu.*

81. *Iurisdictione indifferenter utens circa casum, personas, quicunq; casus inciderit, animo universalem jurisdictionem acquirendi uti intelligitur.*

82. *Molendinum ædificare & certas personas prohibens, & generale edens proclama, intelligitur fecisse hoc animo universalis juris acquirendi.*

83. *Renuncians generaliter omni legum beneficio, excluditur ab omnibus legum beneficijs, perinde ac specialiter renuncians. n.94.*

84. *Renunciatio generalis omni legum beneficio, comprehendit etiam S. C. Vellejanum.*

85. *Renunciatio generalis omnis legum beneficij complectitur beneficium non incarcerandi.*

86. *Renunciatio generalis omnis legum beneficij, aufert etiam beneficium non conveniendi ultra quam facere posit.*

87. *Item beneficium non factæ insinuationis:*

88. *Item excussionis:*

89. *Item divisionis;*

90. *Item ordinis:*

91. *Item ne de domo sua invitus extrahatur.*

92. *Item beneficium, ne transactio, de controversijs testamenti, rata sit, nisi tabulis inspectis.*

93. *Deniq; sive hoc beneficium ex lege sive ex statuto competat.*

95. Cessio

95. *Cessio generalis omnium iurium æquivalet speciali.*
96. *Generale proclama æquivalet speciali prohibitioni.*

QVarta † divisio rerum est quod quædã res sint communes, quædam publicæ, quædam universitatis, quædam nullius, quædam verò singulorum *l. 2. hoc Tit. nostro § & quidem Instit. de rer. divis.* 1

Communes † res illæ dicuntur quæ nunquã in alicuius dominio fuerunt, sed quæ in primœvo statu, † quo omnes res communes erant, *arg. l. ex hoc iure ff. de iust. & iure c. quo iure dist. 8. c. dilectissimus 12. q. 1.* relictæ sunt. *Ioh. fab. & Ang. § littorum Instit. rer. divis. arg. l. quod in littore ff. acqui. rer. domin.* quales † sunt: aer, aqua profluens, mare & littora maris *l. 2. hoc Tit. nostro § & quidem Instit. de rer. divis.* 2 3 4

Namq; † certum est usum aeris communem esse. *d. l. 2. Corn. cons. 90. num. 48. lib. 2.* ideoq; † aer neq; penitus occupari, *Bal. l. item lapilli ff. de rerum divis.* neq; penitus alicui auferri potest. *Bal. rub. num. 4. ff. de rer. divis.* 5 6 7

Quinimò † eum qui nobis usum aeris intercludit, vel nos aere uti prohibet, iniuriarum actione teneri legibus cautum est. *Cepolla in tract. de servit. rust. præd. c. 43. quod est de aere.* 8

Ex † quo sequitur cuilibet esse licitum etiam absq; superioris licentia in fundo sive prædio suo extruere molendinum quod vi ventorum atq; impetu aeris regatur. 9

Tum † quia cuilibet licitum est in suo quodlibet ædificium facere vel extruere *l. cum eo & l. Imperatores ff. de servit. Vrb. præd. l. altius l. si in ædib. & l. si tibi C. de servit. & aq. Bar. l. quominus. 1. quæst. & ibi Ias. num. 21. ff. de fluminibus.* 10

11 Tum † quia aeris usus communis est. *l. 2. hoc Tit. nostro l. iniuriarum § fin. de ff. iniurijs.*

12 Tum † quia sicut quilibet habet liberam facultatem disponendi in rebus suis, vel in fundo suo, quodlibet faciendi, *arg. l. nemo exterus C. de iudaicis l. in re mandata*

13 *C. mand.* Ita † & usus aeris super fundo suo cuilibet liber esse debet *l. fin. in prin. & ibi gl. ff. servit.*

14 Et hæc † conclusio procedit, etiamsi ex hac constructione molendini vicinus meus qui in agro suo vetustius molendinum habet, damnum pateretur, Eam ob causam quod hoc molendino extructo ad vicini molendinum non accederent tot homines quot antea solebant accedere. Namq; nihilominus in fundo meo molendinum extruere permissum est. *arg. l. 1. § deniq; l. 2. § pen. & l. si in meo ff. de aqua plu. arcen. l. fluminum. § fin. cum duab. ll. seq. ff. de dam. infect. Bar. d. l. quo minus quæst. 1. & ibi Ias. num. 21.*

15 Hæc † conclusio fallit primò si quis vellet in suo fundo extruere molendinum principaliter ad æmulationem, damnum & iniuriam alterius, hoc enim permissum non est. *arg. l. 1. § deniq; l. 2. § item verus & § pen. ff. de aqua plu. arcenda l. opus & ibi Bar. ff. de oper. publ. l. in fundo ff. de rei vend. gl. in l. quæcunq; verbo antiquitus ibi Bar. C. de fundis limitrophis lib. 10. Bar. Bal. & Ias. l. ex hoc iure ff. de iust. & iure Cyn. Reiner. Salicet. & Bald. d. l. altius Bar. l. fin. ff. de colleg. illicitis Bar. d. l. quominus quæst. 1. & ibi Ias. num. 21. Abb. c. pisanis extra de restit. spoliat. Cepol. la in tract. de servit. vrb. præd. Cap. 39. & cap. 62.*

16 In dubio † tamen is qui molendinum in fundo suo extruit non præsumitur hoc fecisse ad æmulationem, damnum & iniuriam alterius. *gl. l. fluminum § fin. & ibi Bar.*

Bar. ff. de dam. infecto Alber. de Rosate l. quominus & ibi Ias. num. 33. ff. de fluminibus Bal. l. item lapilli ff. rer. divis. arg. l. nullus videtur dolo & ibi Dec. ff. de reg. jur. l. merito ff. pro socio & faciunt tradita Capellæ de servit. vrb. d. cap. 62. n. 2. vers. in dubio tamen, &c.

Nisi† ipse vel ex hac structura nullum sentiret commodum. *Paul. de cast. d. l. altius Capolla in tract. de servitut. Vrb. præd. Cap. 39. & Cap. 62. arg. l. in fundo. ff. rei vend.* 17

Vel† impensæ in hanc structuram excederent commodum quod ex hac structura percipitur. *Ripa d. l. quominus arg. l. mediterraneæ & ibi Bar. C. de annon. & tribut. lib. 10. Felyn. c. nonnulli nu. 1. in pr. extra de rescript.* Vel† ex coniecturis probabilibus arbitrio judicis æstimandis. *arg. l. 1. ff. de jure delib. l. continuus § cum ita ff. verb. oblig. c. de causis extra de offic. delegati*. aliud liqueret, *Capolla d. Cap. 62. arg. l. non omnes § à barbaris ff. de re mil. l. non est verisimile ff. quod metus causa.* 18 19

II. Hæc † conclusio quæ vult quemlibet in fundo suo molendinum extruere posse fallit, si quis cum vicino suo pactus fuerit ne ipse in fundo suo molendinum extruat, hoc † enim pactum ratum est. *arg. l. vend. in pri. & ibi Bar. ff. communia prædior l. 1. § si quis ff. de aqua quot. & æstiva l. fin. C. de pact. inter em.* Dummodo† hoc tamen pactum non nudum sit sed vestitum. Namq; † ex pacto nudo actionem non nasci clari juris est. *l. juris gentium § sed cum nulla ff. de pact. gl. l. penul. ff. eod.* 20 21 22 23

Similiter † hoc ita demum verum est si illius interfit, cuius causa hoc pactum initum est, non ædificari molendinum in fundo alterius: Namq;† si illius non intersit pactum ratum non est. *d. l. pen. & ibi Bar. Bal.* 24 25

 Paul. de

Paul. de Cast. & Ias. ff. de pact. l. quoties la. 1. in pr. ff. servit. Bal. fin. C. de pact. inter emp.

26 Nisi † vel huic pacto pœnalis stipulatio adiecta sit *arg. l. cum pœna ff. de arbitr. l. stipulatio ista § alteri & ibi Bar. Alex & Ias. ff. verb. oblig. l. fin. ff. de prætor. stipul. § alteri Inst. de inutilib. stipul. Bar. & Alex. l. 2. § fin. & ibi Ias. num. 13. & 15. ff. verbor. obligat.*

27 Vel hoc † pactum ita conceptum sit, ut ex eo non oriatur tantum personalis obligatio, sed ius reale sive

28 servitus realis: Hisce † enim casibus pactum de non ædificando molendino in fundo alterius ratum est, licet paciscentis nihil intersit *arg. l. in fundo ff. de servit. Bal. l. fin. num. 4. C. de pact. inter emptorem.*

29 Porro † ex pacto de non ædificando molendino in fundo suo oritur tantum personalis obligatio, si hoc pactum simpliciter absq; causa aliqua conceptum fuerit, utputa: si quis simpliciter promiserit non ædificare molendinum in fundo suo *Spec. § sciendum nu. 24. de emptio. Bar. l. 3. § opus ff. d. alien. iud. mut. Bal. l. ea lege num. 18. C. de Condict. ob causam Florianus l. ut pomum ff. de servitut. Lud. Roman. & Ias. l. fin. ff. de operis novi nunciat. Cæpolla in tract. de servit. Vrb. præd. c. 2. nu. 6. & Cap. 62. num. 8.*

30 Sin † verò huic pacto causa inserta fuerit utputa, si quis ita dixerit; promitto tibi non ædificare molendinum in feudo meo, ut tu in fundo tuo tantò commodius molendinum extruere possis, vel ut tantò melius molendino quod in fundo tuo habes frui possis, vel ne usus molendini tui impediatur ac minuatur, ex hoc pacto ius reale sive realem servitutem oriri Doctor. nostri communiter concludunt. *Spec. d. § sciendum num.*

24. l. e.

25. Bar. d. § opus Florian. d. l. ut pomum Bal. d. l. ea lege nu. 18. Lud. Roman. & Iaſ. d. l. fin. ff. de operis no. nunciat. Cepolla d. c. 2 num. 6. & 62. num. 8.

Vtrum † autem hoc pactum afficiat ſingularem ſucceſſorem, ut videlicet is, cui hic fundus, in quo quis promiſit non ædificare molendinum, venditus, legatus, donatus, vel alio titulo ſingulari conceſſus eſt in hoc fundo molendinum extruere vigore huius pacti prohiberi poſſit, dubitatur! In quo dubio ego ex mente ll. & communi Doctor. ſententia concludo: hoc pactum ſi ita conceptũ ſit, ut tantum perſonalem oligationem producat, non obligare ſingularem ſucceſſorem in fundo iſto molendinum extruere. *Spec. d. § ſciendum num. 24. Bar. d. § opus Bal. d. l. ea lege num. 18. Bar. Lud. Roman. & Iaſ. d. l. fin. ff. de oper. no. nunciat. Bal. l. & in provinciali C. de ſervit. & aqua Cep. d. c. 2. num. 6. & c. 62. num. 8. arg. l. fin. § fin. ff. contrah. emp. l. 1. § ſi hæres l. cum hæreditas ex cauſa fidei commiſſi & l. ſi hæres inſtitutus § fin. ff. ad S.C. Trebell. l. 2 C. de hæred. & act. vend. l. hæres alieni C. donat.* 31

Si tamen† hic ſingularis ſucceſſor in fundo ſuo contra pactum ab autore ſuorum vincino initum molendinum extruxerit, id vicinus contra autorem illius ſingularis ſucceſſoris cum quo hoc pactum conuentum fuit agere poteſt, vel ad pœnam, ſi ea promiſſa ſit. *Bar. & Iaſ. l. fin. ff. de oper. no. num. Bal. l ea lege num. 18. C. conduct. ob cauſam arg. l. ſi ſeruum in prin. ff. verb. oblig. l. in lege locationis ff. locat. & conduct. gl. in l. non eſt impoſsibile ff. de pact. gl. l plurimum § adycitur & ibi Bar. ff. de damno infecto.* 32

Sin † autem hoc pactum ita conceptum ſit ut ex eo oriatur realis ſervitus, ſive ius reale, ſingularis ſucceſſor 33

cui hic fundus venditus, locatus, vel alio titulo concef
sus fuit, in hoc fundo molendinum extruere nequi
Bar. d. § omnis Bal. d l. & in prouinciali arg. ill. tex. C. d
servit. & aqua. Bal. d. l. ea lege num. 18. C. de conduct. o
causam lud. Roman. & Ias. l. fin. ff. de operis no. nunciat. Ca
polla in tract. de servit. Vrb. prædior. c. 2. nu. 6. & Cap. 6
num. 8. arg. l. neq. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. via constitu
§ si fundus & l. cum fundo ff. de servit. rustit. præd. l. cu
fundus ff. communia præd. l. si aquaductus ff. contrah. emp
l. in venditione ff. act. empt.

34 Dummodo † post hoc pactum factum servitus re
35 ipsa constituta fuit, secus † autem est, si servitus tantu
promissa fuerit: Tunc enim hoc pacto non obstan
singularis successor impunè in isto fundo molendinu
extruere potest. *Ias. d. l. fin. ff. operis no. nunciat. arg. l.*
sub una § 1. & ibi gl. & Doctor. ff. verb. oblig.

36 Et licet † servitute reipsa constituta, singularis su
cessor, contra hanc servitutem, molendinum extrue
37 nequeat, usq; † adeò ut molendinum contra hanc ser
tutem extructum destruendum sit, *arg. l. si quid. &*
38 *inædib. C. de servit. & aqua* Singularis † tamen succ
sor qui contra hanc servitutem molendinum extr
pœnam ab authore suo promissam, si molendinum
trueretur non incurrit. *arg. l. cum fundo & ibi Bal. ff*
servit. rustic. prædio. Ias. l. fin. num. 6. ff. de oper. novi n
ciat.

39 Tertiò † cum præscriptio pacto æquiparetur a
40 vim contractus obtineat. *Bal. l. 1. C. de servit. & aqu*
cons. 187. lib. 4. Socin. cons. 86. lib. 1. Fran. Balb. in Trac
præscrip. 1. par. 5. par. pr. arg. l. alienationis ff. verb. sig
41 qui † hoc jus præscribit ut ipse in territorio vel loc

quo solus molendinum habere possit, alium volentem in isto loco vel territorio molendinum extruere, hoc facere rectè prohibet. *Bal. & Abb. c. significante uterq. num. 1. arg. ill. text. extra de appellat. Bal. l. de quibus. 32. num. 32. ff. de legib. Ias. l. quominus num. 27. ff. de flumin. facit tex. l. si quisquam ff. de temp. & diuers. præscript.*

Eum † tamen qui in loco aliquo solus plurimis annis molendinum habuit, non præscribere hoc jus ut iste solus in isto loco molendinum habere, utq; nemo præter ipsum molendinum extruere possit. *Cyn. & Bal. l. 1. C. de servit. & aqua Cyn. l. 2. quæ sit longa consuet. Barbat. cons. 52. lib. 2. Corn. cons. 296. nu. 6. lib. 4. Dec. cons. 8. num. 4. Cepolla de servit. urban. prædior. Cap. 50. num. 1.* 42

Nisi ipse † alios volentes in isto loco molendina extruere, hoc facere prohibuerit, atq; incolæ illius loci intra tempus legitimum ad præscriptionem requisitum huic prohibitioni acquieverint. *Doctor. nostri communiter concludunt Bal. l. item lapilli q. 3. ff. rer. divis. Abb. d. c. significante num. 1. extra de appellat. Abb. c. Abbati S. Sylvani arg. gl. ibidem iuncto tex. extra de verbor. signif. And. Barbat. c. quod ad translationem col. 19. extra de offic. deleg. Capella in tract. de servit. vrb. præd. Cap. 50. num. 2. Felyn. c. pastorales num. 5. extra de offic. ordinarij Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. verbo & cum molendinis num. 5. Ias. d. l. quominus num. 31. & ibi Fran. Ripa ff. de fluminibus Guido Papa quæst. 298. & quæst. 631. col. 13. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 388. Fran. Balb. in tr. de præscript. 4. par. 4. par. prin. q. 5. Bertrand. cons. 182. lib. 1. & cons. 167. lib. 2. Alb. Brunus cons. 56. Nicol. Boer. decis. 125. Aymo Crauetta in tr. de antiq. temp. § materia ista num. 99.* 43 *

Tum

44 Tum † quia extruere molendinum in feudo sive prædio proprio, actus meræ facultatis est. *arg. l. cum eo & l. Imperatores ff. de servit. Vrb. præd.*

45 Et † contra ea quæ sunt meræ facultatis secundum
* communem * Doctor. sententiam non currit præscriptio nisi interveniente prohibitione. *Innoc. & Abb. c. cum Ecclesia sutrina. extra de causa poss. & propriet. Anton. de But. cons. 3. & cons. 51. Abb. c. inter cæteras circa fin. ext. de rescrip. Abb. c. bonæ cl. 2. num. 19. extra de Postulat. præl. Abb. c. quod ad translationem num. 4. extra de postulat. prælat. Abb. c. quod ad translationem num. 4. extra de offic. deleg. Abb. c. si 1. nu. 15. extra de restitut. spoliat. Abb. c. ex parte Astensis, Extra de concess. prebend. Abb. c. Ioannes. Extra de cl. r. coningat. Abb. cons. 101. num. 1. Abb. cons. 6. num. 1. & cons. 57. num. 5. lib. 2. Felyn. c. cum accessissent nu. 27. & c. cum M. Ferrariensis, num. 7. Extra de constit. Dec. cons. 115. nu. 6. & cons. 215. Fran. Balb. in tract. de præscript. 4. par. 5. par. pri. q. 1. Henning. Goden cons. 2. lib. 7. Aymon. Cravetta in tract. de antiq. temp. 4. Par. § materia ista nu. 85. & 99. arg. l. proculus ff. dam. inf. l. 1. § deniq. Marcellus & l. si in meo ff. aqua plu. arcenda l. 2. & ibi Bar. ff. de via pub. l. cum eo & l. Imperatores ff. de servit. Vrb. præd. gl. fin. l. solent ff. de offisc. præcons.*

46 Tum † quia ne alius præter me in loco vel territorio aliquo molendinum extruat vel habeat, est servitus negatiua.
47 Et † in servitutibus negativis secundum com-
* munem * Doctor. sententiam non currit præscriptio, nisi prohibitio interveniat. *glos. Cyn. Bar. Bal & Doctor. l. 1. C. de servit. & aqua gl & Bar. l. qui luminibus. in prin. ff. de servit. Vrb. præd. gl. 3. c. Abbate S. Silvani. Extra de verb. sig. spec. § in confessoria vers. sed pone, de causa poss. & pro-*

& propriet. Dyn. l. si prius & ibi Bar. num. 4 ff. de operis no. num. Bar. l. etsi fortè § sciendum ff. si servit. vend. Ioh. fab. § aque num. 20. & ibi Ang. num. 15. & Ias. num. 41. Instit. de action. Castr. cons. 205. incip. in causa quæ vertitur coram locum tenente l. 2. Cepol. in tract. de servit. Vrb. præd. cons. 20. num. 7. Fran. Balb. in tr. de præscrip. 2. par. 4. par. prin. quæst. 1. num. 16. & 4. par. 4. prin. quæst. 13. nu. 4. Aymon. Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. § materia ista num. 81. Hier. Schurff. cons. cent. 3.

Cæterum † prohibitione interveniente, & patientia subsecuta, cũ cursu legitimi temporis quis indistinctè præscribit jus prohibendi alios, in certo loco vel in territorio molendinum extruere, sive † hæc prohibitio fuerit specialis, *gl. d. l. qui luminib. in pr.* sive † generalis per proclama nempe facta. *Iacobin. de Sanct. Georgio in tract. feu. verbo & cum venationib. nu. 2. Fr. Balb. in tract. de præscript. 4. par. 5. par. prin. num. 4.* 48 49 50

Quæ † sententia evidenti ratione comprobatur: 51
Namq; † clari juris est, quod prohibitio generalis tantũ 52
operari debeat quoad omnes personas sub illa generalitate comprehensas, quantum operatur specialis prohibitio respectu illarum personarum quibus specialis prohibitio facta est. *arg. l. si duo & ibi Bar. ff. de administ. tutor. l. Gallus § quod si is in verbo instituens & ibi Bal. & Alex. uterq; 2. notab. ff. de lib. & posthum. l. si chorus in pr. ff. legat. 3. l. omnes & ibi Bal. & Ang. C. de quadr. præscrip. c. si sacerdos. Extra de offic. ordinar. gl. l. si quis mihi bona § jussum vers. sed utrum ff. acquir. hered. Signoroll. cons. 30. incip. factum tale est. Bar. l. tres tutores in pr. ff. de administ. tutor. Bar. l. Centurio num. 17. ff. de vulg. & pup. substitut. Bal. l. 1. C. de necess. hæred. instit. Anton. de Butrio Abb.*

Felyn. & Doctor. c. sedes Apostolica extra de rescrip. Dominicus cons. 65. Fulgos. cons. 117. AEgidius Bellamera. cons. 26. Alex. & Aret. l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. Alex. cons. 105. num. 1. vol. 1. cons. 111. & cons. 235. lib. 6. Curt. Senior cons. 49. Dec. cons. 23. col. 3. & cons. 259. col. 2. Frontegallus l. 3. § ubi duo num. 112. ff. de duob. reis.

53 Sive illa † prohibitio sit favorabilis sive odiosa. *arg. l. cum lege & ibi Fran. Aret. ff. de testamentis. Ang. l. fin. col. ult. vers. tertio quaeritur ff. de constit. principum Anton. de But. c. olim. Extra verb. signif. Calderinus cons. 1. Tit. de consang. & affinit. Dec. cons. 5. cons. 115. cons. 258. cons. 289. col. finali & cons. 353. col. 2.*

54 Huc accedit † quod tantum operetur subscriptio generalis, quantum operatur subscriptio specialis. *Bal. Auth. si quis in aliquo C. de edendo Arg. Ime. Paul. de Castro. Alex. & Ias. l. si ita stipulatus fuero § Chrisogonus C. verb. obligat. Pet. de Anch. cons. 242. Paul. de Cast. cons. 216. lib. 1. Alex. l. quae dotis col. pen. ff. solmat. Alex. cons. 147. num. 6. lib 2. cons. 14. lib. 6. Ias. l. cum antiquitas num. 15. & 16. C. de testamen. Dec. cons. 44.*

55 Praeterea † hoc quod dictum est, prohibitione interveniente & patientia subsecuta, cum lapsu legitimi temporis quem praescribere jus prohibendi alios in certo loco molendinum extruere, procedit, etiamsi haec prohibitio extrajudicialis sit, eiq; pro bono pacis obtemperatum fuerit. *Abb. c. Abbate S. Sylvani num. 10. arg. ill. tex. iuncta gl. 3. extra de verb. sig. Felyn. c. pastoralis nu. 5. extra de offic. ordin. Ias. l. quominus num. 31. ff. de fluminib. Fran. Balb. in tract. de praescrip. 4. par. 5. par. pri. quaest. 5. num. 3.*

Porrò

Porrò † cum præscriptio est stricti juris & regulariter odiosa sit, *Innoc. & Anton. de But. c. dilecto extra de offic. Arhidiac. Card. Clem. 1. de suppl. negl. prel. Dec. c. translato lect. 1. col. 3. & lect. 2. col. fin. extra de constitut. Dec. rub. col. 2. extra consuet. Felyn. c. auditis num. 30. extra de præscrip. Fran. Balb. in tract. de præscrip. 2. par. q. 2. num. 11. Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. § transeo nunc ad quartam nu. 41.* 56

Ideoq; † neq; de unâ personâ, ad aliam personam *Bal. c. cons. 272. incip. quæstio vertens lib. 2. Fran. Aret. cons. 132. incip. in causa quæ vertitur col. 3. Aymon Crauetta d. § transeo nunc ad nu. 44.* neq; † de uno casu ad alium casum, neq; de una re ad aliam rem extendatur *l. 1. § si quis hoc interdicto & ibi Bar. ff. de itin. actuq; privato c. auditis & ibi Abb. & Felyn. num. 10. usq; ad num. 21. extra præscrip. c. cum olim. Extra eod tit. c. fin. extra de offic. Archid. c. quod ad translationem & ibi Abb. extra de offic. legati c. cum in tua & ibi Abb. ext. de decim. Bar. l. si publicanus ff. de publicanis & commissis. Bar. Auth. qui rem. nu. 8. & ibi Ias. C. de S. S. Ecclesijs Oldrad. cons. 172 col. fin. & cons. 254. col. 5. Rom. cons. 368. Bal. l. 1. in pri. de his qui feud. dare poss. Abb. cons. 6. nu. 2. lib. 2. Alex. cons. 122. num. 26. lib. 4. cons. 16. nu. 23. & cons. 33. num. 8. lib. 5. Socin. cons. 7. num. 74. cons. 4. col. 3. cons. 111. col. fin. lib. 1. & cons. 275. col. 3 lib. 2. Socin. c. cum contingat col. antepen. q. 6. extra de foro comp. Ias. l. 3. in prin. ff. acquir. possess. Fran. Balb. in tract. de præscrip. 2. par. quæst. 2. num. 11. & 2. par. 5. par. prin. q. 4. num. 5. facit tex. l. si unus § ante omnia ff. de pact.* 57 58

Doctor. nostri † tradunt eũ qui præscripsit cõtra certas personas vel cõtra certos fundos jus prohibendi, ne mo- 59

lendina in certo loco vel territorio extruantur, hoc jure contra alias personas vel alios fundos uti non posse. *Ioh. And. c. auditis. Extra de præscrip. Matth. de Afflict. de-*
60 *cis. Neapol. 385. nu. 2. & 3.* Nisi † major pars populi prohibita fuerit in isto loco vel territorio molendinum extruere, tunc enim eum qui præscripsit hoc jus, illo etiam contra personas non prohibitas uti posse aliqui ex Doctoribus nostris tradiderunt. *Nicol. Boer. decis. 625. num. 5. arg. l. quod major ff. ad municipal. l. aliud. § refertur ff. de reg. iur. l. cum delationis § Sabinus & ibi Bar. ff. de fundo instructo. l. propter litem & ibi Bal. ff. de excusat. tutor. c. 1. § illum de rest. spol. in 6. Bar. l. quicunq. C. de omni agro deserto lib. 10.*

61 Ego † verò didici factum vel negligentiam majoris partis populi, alijs non præiudicare in illis quod omnes tangit, non ut Vniversos sed ut singulos. *l. per fundum & ibi Bar. ff. servit. rust. præd. l. sin autem ff. de aqua plu. arcenda l. si quis hoc. § quoties ff. qui & à quibus c. cum omnes & ibi gl. Alb. Felyn. & Dec. extra constit. c. quod omnes tangit & ibi gl. de reg. jur. lib. 6. l. 1. in pr. & ibi Bal. ff. de magistrat. conve. l. fin. & ibi Bal. C. de anth. præstand. Bar. l. & suum § & hodie ibi Ias. num. 6. ff. de pact. Bar. l. quod maior. ff. ad municip.*

62 Quare † cum hoc quod nullus alius præter vnum vel duos in aliquo loco vel territorio molendinum extruere possit, respiciat populi illius sive territorij præjudicium non ut vniversorum, sed ut singulorum, sequi-
63 tur † licet major pars populi prohibita extruere molendinum in fundis proprijs, huic prohibitioni obtemperaverit, ultra tempus legitimum ad præscriptionem requisi-

quiſitum, hoc tamen non præiudicare alijs, quo minus illi in fundis proprijs molendina extruere poſſint.

Quin†etāſi is qui in aliquo loco ſive territorio molē- 64
dinū habet, ea intentione prohibuerit ſingulares perſonas in illo loco ſive territorio molendinum extruere, quaſi nulli alij præter ipſum ſolum in iſto loco jus molendinum extruendi vel habendi competat: Tunc enim ſi hoc ad noticiam totius populi pervenerit, isq; populus poſt hæc in iſto loco vel territorio molendina extruere ultra tempus legitimum ad præſcriptionem requiſitum neglexerit, is qui hanc prohibitionem fecit, præſcribit hoc ius, ut non tantum ſingulares perſonæ probitæ, ſed etiam omnes alij in iſto territorio molendina extruere nequeant, licet ſingulares perſonæ prohibitæ non conſtituant majorem partem populi illius loci vel territorij.

Quam † ſententiam comprobat primò id quod 65
Doctores noſtri tradunt, ſi ſingulares perſonæ alicuius univerſitatis, civitatis nempe vel pagi paſculaverint in nemore vel ſylua alterius ultra tempus legitimum ad præſcriptionem requiſitum, nomine illius univerſitatis civitatis nempe vel pagi ipſam Civitatem intelligi & poſſediſſe & præſcripſiſſe hoc ius paſculandi: Ideoq; non tantum illis ſingularibus perſonis qui in iſto nemore paſculaverunt, ſed omnibus civibus ſive incolis illius civitatis acquiri paſcendi ius in iſto nemore ſive Sylvâ. *Bal. l. ſicut* § 1. *ff. quod cuiusq. Vniverſ. nomin. Capol. in tract. de ſervit. ruſt. præd. C. de jure paſculandi num. 5. Felyn. c. auditis num. 21. extra de præſcript.*

II. Hanc†ſententiam confirmat id quod Doctores no- 66
ſtri tradunt, ſi duo vel tres incolæ alicuius pagi vel Civi-

tatis, ultra tempus legitimum, ad præscriptionem requisitum, utantur jure incidendi ligna, in sylva sive nemore alterius, eo nomine, quasi hoc jus incidendi ligna, in istâ sylvâ sive nemore ipsi pago vel Civitati, sive omnibus incolis huius pagi vel Civitatis competat, jus incidendi ligna in istà sylvâ vel nemore præscriptione acquiri. *Guilhel. de Cuneo & Alber. de Rosa. l. sicut § 1. ff. quod cuiusq. univers. nomine Capol. in tr. de servit. rust. præd. cap. 9. num. 26. Paris. cons. 111. nu. 75. lib. 1.*

67 III. Huc † accedit id quod traditur; Eum qui præscripsit jus puniendi delinquentes in certo aliquo loco sive territorio, etiam advenas sive forenses in isto loco delinquentes punire posse, licet is, quoad illos nunquàm fuerit in quasi possessione illius jurisdictionis. *Bal. l. si quis diuturno. ff. si servit. vend. Ias. l. 3. in pri. nu. 39. ff. acquir. possess.*

68 IIII. His † adde id quod traditur, eum, qui in certo loco præscripsit jus collectandi, in populo, non tantum in illis casibus, in quibus ipse, populo collectam imponendo, hoc jus collectandi præscripsit, sed in omnibus alijs casibus, in quibus necessitate urgente collecta imponi consueuit, collectam imponere posse. *Alexa. cons. 68. num. 19 lib. 2.*

69 V. Ad hanc † sententiam confirmandam adduci potest id, quod traditur: Eum qui per præscriptionem acquisivit hoc jus ut ipse forensibus possidentibus res aliquas, in suo territorio collectas indicere possit, non tantum in illis forensibus, qui eo tempore, quo præscriptio completa fuit, in isto territorio res aliquas possederunt, sed etiam illis qui post præscriptionem completam res aliquas sive bona aliqua possidere cœperunt,

vigore

vigore huius præscriptionis imponere posse. *Cors. consil. 142. lib. 1.*

V I Ad hanc † sententiam comprobandum facit id 70
quod traditur: Si civitas vel pagus contra aliam civitatem vel pagum præscripserit hoc jus ut incolæ illius civitatis vel pagi in agris sitis in alterius civitatis vel pagi territorio pecunia data lapides cædere possint ipsi civitati sive pago, per hanc præscriptionē hoc jus acquiri, ut incolæ illius civitatis vel pagi possint in agris sitis in alterius ciuitatis vel pagi non tantum in illis agris alterius civitatis sive pagi, in quibus tempore præscriptionis completæ lapides cæsi fuerint, sed etiam in omnibus alijs agris illius civitatis sive pagi in quibus nunquàm lapides cæsi fuerunt pecunia data lapides cædere possint. *Oldrad. cons. 257. nu. 10. Aymo. Crauet. in tract. de antiquit. tem. 4. par. § transeo nunc num. 57. arg. l. venditor § si constat, ff. communia prædior.*

VII. Hanc † sententiam confirmat id quod traditur: 71
eum qui præscripsit hoc jus contra universitatem aliquam atq; contra omnes particulares homines illius universitatis, ut ab ipsis vectigal exigere possit, vigore huius præscriptionis vectigal exigere posse, non tantum ab illis personis, à quibus tempore præscriptionis completæ vectigal exactum fuit, sed etiam ab omnibus alijs á quibus nunquàm vectigal exactum fuit, *Aymo Crauet. cons. 55. num. 1. lib. 1.*

VIII. Hanc † sententiam comprobat id quod tra- 72
ditur: præscriptionem juris universalis, sive adversus universitatem, populum nempe, vel Collegium, extendi, de persona ad personam, item de casu ad casum: Ideoq; eum qui publicum actum Iurisdictionis in ali-

in aliquo loco vel territorio exercuit eo animo, eaq; intentione, quasi ipsi universalis iurisdictio in isto loco sive territorio competeret, universalem Iurisdictionem in isto loco sive territorio præscribere. *Innocen. c. dilecto extra de offic. archid. Abb. c. cum olim ult. notab. extra de præscrip. Abb. c. cum inter extra de senten. & re jud. Abb. cons. 71. lib. 2. Petrus Cyn. & Salicet. l. 1. C. de emancipat. liberorum. Oldrad. cons. 254. num. 17. Alex. cons. 68. nu. 16. lib. 2. Corn. cons. 142. num. 1. lib. 1. Socin. 111. num. 3. lib. 1. Felyn. c. auditis num. 19. Vers. tertia declaratio extra de præscrip. Ias. l. 3. in prin. num. 37. ff. acquir. poss. Aymon. Crauet. cons. 55. num. 1. lib. 1. & in tract. de antiqui. temp. 4. par. § transeo. nunc ad quartam num. 57. arg. c. 1. extra de relig. domib. c. cum in tua & ibi Abb. extra de decimis.*

74 IX. Hanc † sententiam confirmat id quod tradit Aymo. Crauetta *in tract. de antiq. temp. 4. par. § materia ista num. 86.* Namq; Crauetta, in præallegato loco concludit, quasi possessionem juris piscandi in flumine publico quæsitam ex prohibitione aliquorum contra omnes etiam non prohibitos prodesse, quando hæc præscriptio ad noticiam totius populi peruenit & nullus contradixit, licet hæc prohibitio non fuerit facta majori parti populi.

75 X. Hæc † sententia confirmatur per id, quod traditur: Magis considerandum esse causam actus, quam istius
76 actus exercitium. Ideoq; † si causa & intentio utentis universalis sit, per unicum actum singularem acquiri universalem possessionem, tàm quò ad res, quàm quò ad personas. *Bal. l. 1. num. 24. C. de emancip. liber. Felyn. c. auditis nu. 19. vers. tertia declaratio. Extra de præscrip.*

Et ex

Et ex † his prædictis satis liquet, eum qui certis tantum sive particularibus personis etiam non constituentibus majorem partem populi, prohibuit ædificare molendinum, in certo loco sive territorio, contra omnes personas etiam non prohibitas, acquirere hoc jus, ne ipsi in isto loco sive territorio molendinum extruant, eo casu quando constat hanc prohibitionem fuisse factam, eam ob causam, eaq; intentione, quasi nulli alij quàm prohibenti tantum, competat jus ædificandi molendinum, in isto loco, vel territorio. 77

Eo † verò casu quo constat prohibentem prohibuisse certas sive particulares personas in aliquo loco, sive territorio, molendinum extruere, non ex animo eâue intentione, quasi nulli alij præter ipsum jus extruendi molendinum in isto loco competat, hunc prohibentem contra nullum alium quàm contra prohibitas personas tantum acquirere hoc ius ne quis in isto locò molendinum extruere possit. 78

Sin † autem dubitetur quo animo quâue intentione hæc probitio facta fuerit, Ego credo (saluo tamen melius sentientis saniori judicio) eum, qui maiori parti populi prohibuit in aliquo loco sive territorio molendinum extruere, si omnes alij cessent sive negligãt molendinum in isto loco extruere, intelligi hanc prohibitionem eo animo atq; intentione fecisse, quasi ipsi soli competat jus in isto loco sive territorio molendinum extruendi. Atq; per hoc ipsum præscribere jus prohibendi ne alius molendinum in isto loco extruere possit, non tantum contra personas prohibitas sed contra omnes homines. 79

80 Et ad hanc † sententiam tenendam moveor primò *per id quod tradit Paulus de Eleaz. c. in literis. extra de restit. spol.* Vbi Paul. de Eleaz. concludit, eum qui utitur unico actu alicuius juris, intelligi isto actu usum animo acquirendi vniuersaliter totum jus per exercitium illius actus, quando vel hoc exprimit, vel frequenter utitur hoc jure adversario sciente & patiente, vel facit talem actum qui de facili non competit nisi universale jus habenti. *Et hanc decisionem refert atq; sequitur Alex. cons. 68. num. 19. lib. 2. Socin. cons. 111. num. 4. lib. 1.*

81 Secundò † ad hanc sententiam amplectendam movet me id, quod tradit *Cyn. l. 1. q. pen. C. de emancip. liber.* Vbi Cynus concludit, eum qui indifferenter utitur jure vel jurisdictione circa casum, personas sive homines qui modocunq; casus inciderit intelligi illo jure sive illa jurisdictione usum animo acquirendi totum jus, sive universalem jurisdictionem, tàm quoad casus quàm quoad personas. *Quam decisionem Cyn. refert atq; sequitur Alex. cons. 68. num. 19. lib. 2. Corn. cons. 142. num. 2. lib. 1. Socin. cons. 111. num. 4. lib. 1.*

82 Præterea † si quis & certas personas extruere molendinum in certo loco sive territorio prohibuerit & ultra hoc fecerit generale proclama, ne quis in isto loco vel territorio molendinum extruat, si huic generali proclamati ultra tempus legitimum ad præscriptionem requisitum obtemperatum fuit, ipse non tantum contra particulares personas prohibitas, sed contra omnes homines acquirit hoc jus, ne quis in isto loco vel territorio molendinum extruere posſit. *arg. l. pluribus ff. de acceptilat. l. emptor. § Lucius ibi gl. & Doctor. ff. de pactis. Iacob. Butrig. & Salicet. l. age cum Geminiano C. transact. Bar. & Sali-*

& Salicet. l. si de certa C. eod. Bal. l. tres fratres 4. notab. & 2. opposit. ff. pact. Bal. l. sub praetextu specierum arg. ill. tex. C. transact. Anton. de But. & Abb. c 1. extra eod. Tit. Flor. inter consilia Raphaelis Cumani cons. 7. incip. visis compromissis col. pen. Alex. cons. 42. lib. 1. & cons. 11. lib. 2. Fran. Aret. cons. 33. incip. consultatio praemissa. Benedict. Capra. cons. 262. Socin. cons. 3. 103. lib. 3.

Hanc † sententiam comprobat id quod traditur; 83
Eum qui renunciat generaliter omni legum beneficio, propter hanc generalem renunciationem excludi ab omnibus legum beneficijs *Curt. Iunior. cons. 18. incip. memoria repeto col. 6.* sive † hoc beneficium sit beneficium 84
S.C. Velleiani *Bar. l. si quis sub conditione num. 21. ff. de testam. tut. Bar. Bal. & Salicet. Auth. matri & aviae C. quando mul. tut. offic. fungi poss. Fran. Aret. cons. 33.* sive † benefi- 85
cium non incarcerandi. *Bar. d. l. si quis sub conditione nu. 17. & 18. Salicet de Auth. matri & aviae Roman. l. si verò § de viro. in 2. fallentia principali. ff. sol. mat. Roman. Alex. Socin & Ias. l. plerisq. ff. de in jus vocando Mathesilanus in notab. 109. incip. nota casum quotidianum. Socin. cons. 126. lib. 1. & cons. 180. lib. 2. Ias. l. si ego ff. si cert. pet. Ias. l. ad egregias ff. jureiur.*

Sive † beneficium non conveniendi ultra quam 86
quis facere potest *Corn. cons. 182. col. 4. lib. 3.*

Sive † beneficium revocandi rem ob insinuationem 87
non factam. *Corn. cons. 154. col 4. lib. 3.*

Sive † beneficium excussionis. *Bal. l. 1. col. 3. vers.* 88
pater qui consentit C. de conveniend. fisci debitor. Alex. cons. 32. incip. in causa executionis. n. 9. lib. 4. Dec. l. fin. ff. si certum petatur.

89 Sive † beneficium divisionis *Fran. Aret. consf. 33. Guido Papa quæstione decis. delphinatica 367.*

90 Sive † aliud beneficium ordinis *d. decis. 367.*

91 Sive † beneficium quod quis habet ne de domo sua invitus extrahi possit *Iasf. l. plerisq; ff. de in jus vocan.*

92 Sive † beneficium quo cavetur, ne transactio de his controversijs, quæ ex testamẽto proficiscuntur rata sit, nisi cognitis inspectisq; verbis testamenti. *Alex. cons. 11. num. 14. lib. 2. Socin. cons. 200. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 452. num. 78.*

93 Item † sive hoc beneficium competat ex jure communi sive ex statuto *Lud. Rom. cons. 251. incip. clarissime. Dec. cons. 452. num. 19.*

94 Quare † cum renunciatio generalis quâ quis omni juris de beneficio generaliter renũciat, eius efficaciæ sit, ut quis propter hanc renunciationem excludatur, perinde ab omnibus specialibus juris beneficijs, atq; si de illis specialibus beneficijs, specialis mentio facta fuisset,
95 sicut † & per generalem cessionem jurium sive actionum, omnia particularia jura omnesq; actiones, sub illo generalitate comprehensæ, in cessionarium perinde transeunt, atq; si illa jura sive actiones specialiter & nominatim cessa fuissent. *Alex. cons. 68. lib. 5.*

96 Sequitur † & generale proclama, sive generalem prohibitionem quâ videlicet quis palàm & publicè generaliter prohibuit ne quis in loco sive territorio aliquo molendinum extruat, eius efficaciæ esse ut si huic prohibitioni obtemperatum fuerit, quis perinde contra omnes homines præscribat hoc jus, ne quis in isto loco molendinum extruere possit, atq; si ipse in specie

cuilibet

cuilibet prohibuisset, ne ipse in isto loco molendinum extruat.

§ SEXTVS.

In quo explicatur, an molendini non extruendi jus, possideri vel præscribi possit, etiam non interveniente probitione adversarij?

SVMMARIA.

1. Molendini non extruendi jus ut præscriptione acquiratur, prohibitio efficit.

2. Molendini non extruendi jus præscriptione acquiritur, etiam sine prohibitione, modo alia ratione de animo incolarum contra quos præscribatur constet. & n. 3. & n. 12. n. 22.

4. In Servitute negativa, vel contra actus meræ facultatis præscribendâ, nulla lege cautum, quod prohibitio requiratur.

5. In servitute præscribendâ tantum requiritur præscribentem usum jure proprio.

6. In servitutum præscriptione quæ requirantur. & n. 9. 12.

7. Lex quod non requirit, nec nos requirere debemus.

8. Opinione à communi recedere licet, quando ea lege non probatur.

10. Lex generaliter loquens generaliter intelligenda est.

11. Lex indistinctè loquens à nobis distinguenda non est.

13. Piscandi jus, in flumine publico, cum prohibitione alterius acquiritur, opere aliquo manu facto, ad aquam piscesq; retinendos.

14. Piscari in flumine publico est actus meræ facultatis.

15. Molendinum in fundo proprio exstruere est actus meræ facultatis.

16. Piscatione in flumine publico alium prohibendi jus, servitus negativa est.

 17. Molen-

17. *Molendini in fundo suo non exstruendi servitus negativa est.*

18. *Piscatione quem in flumine publico prohibendi jus, alio modo quàm prohibitione acquiritur*

19. *Molendini in suo fundo non exstruendi jus præscribitur etiam sine prohibitione.*

20. *Actus meræ facultatis quomodo præscriptione acquirantur?*

21. *Hospitandi jus quomodo præscribatur?*

1 PORRÒ licet † ego communem sententiam Doctorum, quæ vult, ad præscriptionem juris prohibendi, ne quis in certo loco, vel territorio certo, molendinum extruat, requiri prohibitionem: veram esse judicem, quatenus illa sententia vult, quòd prohibitione interveniente quis hoc jus præscribere posit.

2 Tamen † eatenus quatenus hæc sententia vult jus prohibendi, ne quis in certo loco vel territorio molendinum extruat, non aliter nisi prohibitione interveniente præscribi posse: ego hanc sententiam falsam esse

3 statuo; & verissimum † judico, quem etiam alio modo, hoc jus præscribere quàm per prohibitionem, ne quis præter ipsum in loco isto molendinum extruat, si videlicet aliter, quàm per prohibitionem constare posit, incolas alicuius loci, eo animo, ab extruendo molendino in loco certo abstinuisse, quia putabant ipsis non licere, præter hoc molendinum, in isto loco molendinum extruere, fama forsan vel alijs indicijs moti.

4 Namq; † nulla lege cautum est, quod ad præscribendam servitutem vel negativam vel contra actus me-

5 ræ facultatis prohibitio requiratur, sed † leges tantū in præscribenda servitute requirunt, ut quis illa servitute usus fuerit jure proprio sive jure servitutis. *l. fin. ff. quem-*

6 *ad. servitus amitt. l. fin. ff. de itin. actuq; privato.* Ideò † nec nos

nos in præscribenda servitute vel negativa vel contra actus meræ facultatis prohibitionem requirere, sed certò statuere debemus, eam servitutem ne quis alius præter nos in loco vel territorio aliquo molendinum habeat vel extruat, sicut & quamlibet aliam servitutem etiam nulla prohibitione interveniente præscribi posse, ab eo, qui molendinum in aliquo loco solus habuit, eo animo, eaq; intentione, quasi nulli alij præter ipsum in isto loco jus ædificandi molendinum competat.

Certi † enim juris est illud quod lex non requirit 7
nec nos requirere debemus. *l. dissentientis C. de repud. l. 1. § sin autem à deficientis C. de caduc. toll. l. si servum § non dixit prætor ff. acquir. hæred. § cum igitur Autho. de non elig. secundo nub. § consideremus Auth. de trien. & semisse. l. judicet 3. q. 7. c. dignum 3. q. 9. c. illa extra ne sede vac. c. is qui de sent. excom. lib. 6. Ias. & Dec. l. illam C. collat.*

Quodq; † etiam à communi Doctorum sententia 8
quæ lege non probatur recedere liceat *Anton. de But. c. tua. nos extra de usur. Andr. Barbat. cons. 10. lib. 2.*

Deinde † quoq; certum est, quod lex ad præscri- 9
bendam servitutem simpliciter requirat quod quis illa servitute jure proprio sive jure servitutis usus fuerit, nec distinguat utrum hic usus servitutis ex prohibitione an vero ex alijs actibus sive conjecturis colligatur. *d. l. fin. ff. quemad. servitus amitt. l. fin. de itin. actuq. privato.*

Quare † cum lex generaliter & indistinctè loquens, 10
& generaliter intelligenda, *l. 1. ff. legat. præstand.* & à † 11
nobis non distinguenda sit; *arg. l. de precio ff. de pub. in rem act.* Sequitur † qui in aliquo loco sive territorio so- 12
lus molendinũ eo animo eâq; intentione possidet, quasi nulli alij præter ipsum competat jus extruendi molendi-

num

num in isto loco, etiam absq; prohibitione præscribere hoc jus, ne quis præter ipsum in isto loco vel territorio molendinum extruere possit.

13 Hanc † sententiam confirmat id quod traditur & jus piscandi in flumine publico & prohibendi alios ne ipsi in flumine publico piscari possint acquiri alio modo quàm per prohibitionem, si videlicet quis in flumine publico teneret opus aliquod manufactum ad aquam & pisces retinendos *Bellamera cons. 7. col. 2. Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par § materia ista num. 82. & § circa præmissa num. 40. facit id quod tradit Iacobin. de S. Georg. in tract. suo feud. verbo & cum molendinis nu. 9.*

14 Quare † cum & piscari in flumine publico, æquè a-
15 ctus meræ facultatis sit, sicut † in fundo proprio molen-
16 dinum extruere actus meræ facultatis est. Et jus † prohibendi alios, ne ipsi in flumine publico piscentur, æquè
17 servitus negativa sit, sicut † jus prohibendi alios, ne ipsi in certo loco vel territorio molendinum extruant, ser-
18 vitus negativa est, & jus † prohibendi alios in flumine publico piscari, alio modo, quàm per prohibitionem
19 præscribatur. Sequitur † & jus prohibendi alios ne ipsi molendinũ in certo loco vel territorio extruere possint alio modo quam per prohibitionem præscribi.

20 Eiusdem † sententiæ est & Abbas *in c. cum Ecclesia nu. 24. extra de causa poss.* Namq; Abbas ibi expressè tradit eorum quæ meræ facultatis sunt, qualia sunt, hospites recipere & quasi possessionem acquirere & præscriptionem procedere statim atq; ex præsumptionibus aliquibus constat quem illis actibus jure proprio usum fuisse.

21 Eandem † sententiam amplectitur & Aymo. Crauetta *in tract. de antiq. temp. § circa præmissa num. 43.*

Namq;

Namque Crauetta in isto loco expressis verbis dicit: Ius hospitandi quod in mera facultate consistit præscribi, quando ex qualitate personarum, aut ex coniecturis possit apparere, quòd ex debito ac iure seruitutis non ex merâ gratiâ fieret hospitatio, vt quia hospitatus tale ius hospitandi peteret, tanquam sibi debitum, puta scribendo literas vel nuncios mittendo ad dominum domus, pro parando suo hospitio, vel dicendo domino domus, facias debitum tuum, vt benè recipiamur vt decet.

Et † sic ex omnibus his concludo illud ius, quod 22
quis in loco siue territorio aliquo solus molendinum habere, atque alios ibidem molendina extruere volentes illud prohibere possit, præscribi etiam absque prohibitione dummodo ex aliquibus coniecturis siue præsumptionibus constet, alios incolas illius loci siue territorij ideò abstinuisse ab ædificatione molendinorum, in isto loco siue territorio, quia ipsi putabant neminem præter hunc solum habere ius extruendi molendinum in isto loco.

§ SEPTIMVS.

In quo tractatur de concessione molendiniorum exstruendorum, quæ aliàs exstruere non licebat.

SVMMARIA.

1. Molendini, vni soli in loco aliquo habendi ius ex vtilitate publica relaxari potest.

2. *Molendini ius, cui ob publicam vtilitatem relaxatur, damnum resarciendum.*

3. *Necessitate cessante, cessant quæ propter eam indulta sunt. Vtilitate publica cessante, cessant indulta propter vtilitatem publicam.*

4. *Causa relaxationis siue priuilegij cessante, cessat relaxatio & priuilegium.*

5. *Molendini ius alicui imminutum ob vtilitatem publicam, ea cessante restitui debet.*

6. *Princeps ob vtilitatem publicam auferre alicui rem suam potest.*

7. *Causa vtilitatis publicæ cessante, princeps, idcirco ablatam rem, restituere tenetur.*

8. *Molendina ab alijs, vigore relaxationis contra alterum factæ, exstructa, non sunt destruenda etiam cessante relaxationis causâ, sed possunt retineri, & vsurpari. & num. 10. ampliatur hoc etiamsi nondum completa molendina hæc sint, sed tantum cœpta. num. 11. & num 31.*

9. *Causa priuilegij aut relaxationis cessante, effectus priuilegij ac relaxationis iam perfectus nunquam cessat.*

12. *Actus cœptus habetur pro complete, maximè si desisti ab eo sine maximo detrimento nequeat. ibid. num. 13.*

14. *Proximè quod fiet, pro facto habetur.*

15. *Lex noua ad actus præteritos & consumatos non extenditur.*

16. *Lex noua ad actus præteritos cœptos non extenditur, quando consumatio eorum ab inceptione pendet.*

17. *Priuilegium idem debetur rei factæ & quæ est in fieri.*

18. *Causa priuilegij vel relaxationis cessante, non cessat effectus priuilegij iam inchoatus licet non consumatus.*

19. *Initium cuiusq; rei potior pars est.*

20. *à Potiori fit denominatio.*

21. *Initium, omni in re, præcipuè attendendum, ex quo eo de tota re judicandum.*

22. Initium

22. Initium maximè moderatur totam rem vbi finis necessariam consequentiam ad initium habet.

23. Initio licito existente, licita sunt omnia ex eo sequentia.

24. Lex loquens de ingrediente possessionem, non habet locum in eo, qui possessionem certè adeptam continuat.

25. Bladum extra territorium portare vetans lex non pertinet ad eum qui ante legem portare cœpit.

26. Semel ædificabile factum, postea indistinctè ædificari potest.

27. Semel factum alienabile, transmissibile, delegabile, cessibile postea indistinctè alienari, &c potest & num. 28. 29. 30.

32. à Tituli primordio posterior euentus formatur.

33. Litigiosa vel dotalis res vsucapi nequit.

34. Litigiosa vel dotalis res vsucapi antè capta perfici potest.

PRAETEREA † hoc ius quod quis præscripsit, vt ipse in aliquo loco siue territorio solus molendinum habere, aliosque in isto loco molendina extruentes prohibere possit, ex causa publicæ vtilitatis relaxandum, alijsque non obstante hac præscriptione permittendum esse molendina in isto loco extruere Doctores nostri tradunt. *l. item lapilli 3. q. ff. de rer. diuis. Ias. l. quo minus num. 32. ff. de fluminibus Fran. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 5. part. prin. quæst. 5. num. 3. arg. l. Barbaricus & ibi gl. & Ias. ff. de offic. prætor. l. item. verberatum §. item si fortè ff. de rei vendicat. fin. l. §. fin. & ibi Bar ff. pignorat. act. l. lucius in prin. ff. de euict. l. quod semel ff. de decretis ab ord. faciend. l. iubemus nullam & ibi Bar. & Bal. C. de S. S. Ecclesijs c. in nostra extra de vsur. Bar. l. quæcunq. C. de fide instrumen. de iure hastæ lib. 10. Felin. & Dec. c. quæ in Ecclesiarum. extra de constitut.* 1

2 Si † tamen is, qui hoc ius præscripsit, vt ipse in aliquo loco solus molendinum habere atq; alios ibidem molendina extruentes prohibere possit, ex hac relaxatione iuris magnum damnum sentiret, ipsi hoc damnũ ex publico resarcien-dum statuo *arg. l. 2. & ibi Bal. & Ang. C. quib. ex causis seruitus pro præm. liber. accip. l. item si verberatum §. item si forte ff. rei vendicat. l. venditor. §. si constat. ff. communia præd. gl. si locus §. 1. ff. quemadmodum seruit. amit. gl. l. fin. C. quib. ex caus. seruit. pro præm. lib. accip. Guilh. de Cuneo Bar. Bal. Alber. & Fulgos. l. fin. §. ff. pig. act. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. num. 28. & ibi Dec. nu. 19. extra de constit. Ias. d. l. barbarius num. 36.*

3 Cæterum † cum cessante necessitate vel vtilitate publicâ, & eâ, quæ propter necessitatem & vtilitatem publicam indulta siue concessa sunt, cessent *l. 1. & ibi Bal. C. de naut. fœn. c. 2. & ibi Card. Pet. de Anchar. & Anton. de Butrio extra de custodia Eucharist. de Syracusana vrbis dist. 28. c. quoniam multa dist. 45. c. quia sancta §. Verum distinct. 53. c. quod pro remedio & ibi Præpos. 1. q. 7. c. ordinationes §. quamuis 9. q. 1. Ias. l. 1. in prin. num. 6. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio Tiraq. in tractat. cessante causâ. num. 109. parte prima.*

4 Et † causâ relaxationis vel priuilegij cessante ipsâ quoque relaxatio siue priuilegium cessare debeat. *l. athletæ §. 1. Geometræ & l. idem Vlpianus ff. de excusat. tutor. l. Titia Seio §. vsuras & ibi gl. & Bar. ff. legat. 2. l. filius à patre §. 1. & ibi Imol. Alex. Fran. Aret. & Ias. ff. de lib. & posthumis l. ex facto in prin. & ibi Aret. & Ias. ff. de vulg. & pupillari substitut. l. 2. §. omnes ff. de iudicijs l. doli §. diuersum ff. de nouat. l. in omnibus causis ff. de reg. iur. l. qui sub prætextu & ibi Cyn. Bar. Salicet. Raph. Fulgos. & P. de Cast. C. de S.S.*

C. de S. S. Ecclesiis Iason. l. 1. in pr. num. 61. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio Bart. Bald. & Ias. l. si alios ff. de testam. militari Card. Paris. consil. 32. num. 55. lib. 1. cum simil. alleg. per Tiraq. in tractat. cessante causa 1. par. 1. num. 103.

Ego † verissimum iudico, si causa publicæ vel vtilitatis vel necessitatis, propter quam hoc ius, quod quis præscripsit, vt ipse in aliquo loco solus molendinum habere possit relaxatum fuit, cesset, & ipsam quoque relaxationem cessare, ac nemini permitti in posterum molendinum in isto loco vel territorio extruere. 5

Sicut † & Doctores nostri in simili tradunt, licet princeps ex causa publicæ vtilitatis alicui rem suam auferre possit, principem † tamen cessante hâc publicæ vtilitatis causâ rem ablatam priori domino restituere cogi. *Innoc. c. pleriq. extra de immunit. Ecclesiæ Anton. de Butrio & Imol. quæ in Ecclesiarum & ibi Felin. nu. 29. & Dec. num. 22. extra de constitut. Ias. l. 1. in prin. num. 61. ff. de offic. eius cui mand. Ias. cons. 92. incip. illustrissimus col. antepen. vers. dictum instrumentum lib. 3. Tiraq. in tract. cessante causa 1. par. num. 20.* 6 7

Molendina † tamen ab alijs extructa vigore huius relaxationis, antequam causa relaxationis, publica nempe vtilitas, vel necessitas cesset, etiam cessante causâ relaxationis, non esse destruenda, sed illos, qui illa molendina extruxerunt ea retinere, ijsque vti posse, non obstante hoc, quod causa relaxationis cesset, statuo. Namque † certum est, quod cessante causâ priuilegij siue relaxationis, effectus priuilegij siue relaxationis iam perfectus & consummatus nunquam cessare debeat. 8 9

Cyn. & Bal. l. generaliter C. de Epi. & Cler. Bar. l. 2. §. fi. n. 7. ff. de nat. Bar. l. Titia Seio §. Imperat. n. 10. ff. legat. 2. Bar. l. plur. § etsi placent ff. verb. oblig. Bal. l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. est. Bal. l. 1. col. 2. ff. sol. mat. Bar. l. Vbi adhuc col. pen. C. de iure dot. Corn. consil. 24 col. 5. lib. 3. Socin. consil. 81. col. 4. lib. 3. Iason. l. inter stipulantem §. sacram. 4. notab. ff. verb. oblig. Iason l. filius à patre §. 1. ff. de lib. & posthum. Dec. l. 1. in prin. col. antepenult. num. 79. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio. Dec. c. quæ in Ecclesiarum num. 23. extra de constitut. Dec. c. cum cessante num. 3. extra de appellat. Fran. Balb. in tractat. de præscrip. 2. par. 3. par. prin. quæstio. 9. num. 6. Card. Paris. consil. 89. num. 50. lib. 4. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam. Verbo suscepit liberos num. 155. C. de reuo. don. & in tractat, cessante caussa limit. 12. arg. l. à patre furioso. ff. de his qui sunt sui l. tutelas in prin. ff. de cap. diminut. gl. fin. ff. vnde liberi l. qui res. §. aream ff. solutio. c. quæris & ibi gl. verbo contrahatur de consecrat. distinct. 4. c. de bigamis, extra de bigamis c. sane & ibi Anton. de Butri. extra de renunciat. c. vltimo & Innoc. extra de offic. deleg.

10 Quare † cum effectus huius relaxationis quoad molendina iam extructa penitus perfectus & consumatus sit, sequitur, licet cesset causa huius relaxationis siue priuilegij, hunc tamen effectum absolutum & consumatum durare nec molendina iam extructa destruenda esse, sed illum qui extruxit illa retinere & his vti posse.

11 Idem † ego statuendum esse iudico, de illis molendinis, quæ antequam cesset causa relaxationis ædificari cœpta sint, licet illa nondum sint completa: Namque quo ad illa effectum priuilegij siue relaxationis non

ris non cessare iudico, etiamsi causa illius relaxationis cesset. Ideoque eum qui hæc molendina ædificare incœpit, hæc molendina perficere ijsque vti posse.

Primò † quia actus cœptus habetur pro completo *l. etsi non sint §. infecti ff. de auro & arg. leg. l. ergo §. fin. ff. acquir. rerum domin. l. 2. §. 1. ff. ne quis in loco pub. Bar. l. cætera §. sed etsi parauit ibi Ias. num. 54. & 55. ff. de fluminib. Felin. c. cum adeo num. 2. extra de rescrip.* 12

Præsertim † si actus ita cœptus sit, vt eum perfici necesse sit, vtque ab eo absque maximo detrimento desisti nequeat. *l. si pecuniam in prin. & ibi Ias. num. 6. ff. de condict. ob causam.* 13

Secundò † quia illud quod de proximo fieri debeat, pro iam facto habetur, *d. l. si pecuniam §. item si quis & ibi Bar. l. pen. & ibi Bar. ff. de mil. testamento. l. 1. §. sed etsi in eo & ibi Bart. ff. ad S. C. Sylleian. l. pœnæ §. diuus ff. de manumiss. l. cum te in fin & ibi Salicet. C. donat. ante nupt. c. Ecclesia & ibi Abb. in 3. notabil. extra de immunit. Eccles. l. pen. ff. de iudic. l. item legato ff. de leg. 3. l. Falcinius ff. quibus ad libert. procl. non licet l. si quis cum sciret ff. vsucap. pro emp. Bar. l. diuortio §. interdum & ibi Ias. num. 15. ff. sol. mat. Felin. c. eam te num. 16. in fine. extra de rescript. Ias. l. admonendi lect. 1. num. 54. vsq. ad num. 61. ff. de iureiur. Tiraquel. in tractat. de ll. connubial. lib. gl. 7. num. 1. vsque ad num. 17.* 14

Tertiò † quia sicut constitutio noua non extenditur ad actus præteritos & consumatos, ita † quoq; constitutio noua non extenditur ad actus præteritos cœptos, licet nondum consumatos, quando consumatio ab in- 15 16

ab inceptione necessariam dependentiam habet. *Bar. l. omnes populi num. 41. ff. de iustit. & iure Abb. c. pastoralis §. vernum num. 2. extra de appellat. Abb. Card. & Imol. Clemen. 1. arg. gl. ibidem verbo deputatis, de testamentis Fel. c. fin. num 11 extra de consuetud.*

17 Quartò † Quia idem priuilegium debetur rei factæ, & rei quæ est in fieri *c. fin. & ibi Abb. & Felin. extra de Iudæis. Tiraq. in tractat. de ll. connubialib. gl. 8. num. 9.*

18 Quintò † quia cessante causa priuilegij vel relaxationis, non cessat effectus priuilegij iam inchoatus licet nondum consumatus *Curt. iun. l. mora col. 2. num. 12. ff. de iurisdict. omnium iud. Tiraq. in tractat. cessante causa limit. 12. num. 19.*

19 Sextò † cum initium cuiusque rei potior pars sit.
20 *l. 1. ff. de orig. iur.* & † secundum id, quod potius siue dignius est, de omnibus rebus, omnibusque negocijs iudicandum sit *l. quæritur ff. de statu hominum Ias. l. impe-*
21 *rium num. 3. ff. de iurisdict. omnium iud.* Legibus † expressè sancitum est, in omnibus rebus, omnibusque negocijs initium præcipuè attendendum, & secundum illud de tota re, siue de toto negotio censuram faciendam *l. Pomponius scribit in negocijs ff. de negot. gest. l. 3. §. scio ff. minorib. l. 1. §. si seruus ff. depositi l. si procurator in prin. ff. mandati l. in ratione §. si filio ff. ad L. falcid. l. qui cum maior §. 1. ff. de bon. libert. l. qui id, quod in prin. ff. de donat. l. clam possidere in prin. & ibi Ias. ff. acqui. poss. l. sequitur §. de illo l. si hominem & l. iusto §. etsi possessionis ff. de vsucap.*

22 Præsertim † quando finis habet necessariam consequentiam ad initium *Bar. l. deniq; §. 1. ff. minoribus.*

Septimò

Septimò † quando initium siue principium licitum est, & omnia quæ ex illo principio siue initio sequuntur licita censentur. *Bar. l. quod ait lex.* §. *quod ait arg. ill. tex. ff. ad L. Iul. de adulter. Abb. con. 23. num. 25. lib. 2.* 23

Octauò † constitutio loquens de ingrediente possessionem, non habet locum in eo, qui possessionem antea adeptam continuat. *Alex. cons. 83. num. 4. lib. 2. Card. Paris. cons. 93. nu. 16. lib. 4.* 24

Nonò † constitutio noua prohibens portare bladum extra territorium non extenditur ad eum, qui ante constitutionem promulgatam incœpit portare bladum extra territorium, licet illud nondum perfecerit. *Host. Ioh. And. Anton. de Butr. & Imo. c. 2. & ibi Felin. num. 22. extra de constitut.* 25

Decimò † semel factum ædificabile postea indistinctè ædificari potest, sicut & † semel factum alienabile, transmissibile, delegabile, vel cessibile, postea indistinctè alienari, *arg. l. pater* §. *quindecim & ibi Bar. ff. de legat. 3. c. ex parte extra de feud.* transmitti † *l. videamus & ibi Bar. ff. quod metus causa Bar. l. qui duos num. 11. ff. de reb. dub.* delegari † *Bar. Bal. Ang. & Paul. de Cast. l. vnica arg. ill. tex. C. qui pro sua iurisdict. Bar. Bal. & ang. l. 1. in prin. & ibi Ias. nu. 63. ff. de offic. eius cui mandata est Iurisdict.* vel † cedi potest, *Ias. l. si. sit* §. *fin. ff. legat. 1.* 26 27 28 29 30

Quare † cum molendina quæ vigore huius relaxationis ædificari cœpta sunt, semel ædificabilia facta fuerint, sequitur hæc molendina indistinctè perfici posse, licet causa huius laxationis cesset. 31

Vndecimò † à primordio tituli posterior debet formari euentus. *l. vnica C. de impon. lucrat. desc. lib. 10.* 32

M Vltimò

Vltimò † hanc sententiam confirmat quòd, licet
33 res litigiosa vel dotalis usucapi nequeat, vsucapio † ta-
43 men alicuius rei cœpta impleri poſsit, etiam poſtquam illa res dotalis vel litigioſa effecta fuit. *l.ſed etſi uſucapio ff. famil.hercíſ.l.ſi fundum ff.de fundo dotali.*

§ OCTAVVS.

In quo tractatur de ſtatutis, vel conſuetudinibus molendina prohibentibus, & quomodo iis non obſtantibus ad ædificationem molendinorum perueniri poſsit?

SVMMARIA.

1. *Diſpoſitum de pacto ſiue de contractu locum habet etiam in ſtatuto ſiue conſuetudine.*
2. *Statutum & conſuetudo longè potentior eſt pacto.*
3. *Pactum ne quis in ſuo fundo molendinum exſtruat, valet.*
4. *Statutum vel conſuetudo valet, ne quis in ſuo fundo, abſq; licentia ſuperioris, molendinum exſtruat.*
5. *Statutum vel conſuetudo de non exſtruendo molendino, non extenditur ad reficientem, aut fulcientem. fallit. ibid. n.6.*
7. *Molendinum vetus penitus deſtructum refici nequit, ſtante ſtatuto, molendinum prohibente ædificari. declaratur ibid. n 8. fallit. ibid. num. 9.*
10. *Caſus fortuitus nemini damnoſus eſſe debet.*
11. *Reſtitutio datur ius ſuum caſu aliquo amittenti.*
12. *Feudo vel emphyteuſi ad dominum caſu, ſine dolo culpaue vaſalli emphyteutæ, reuerſis, dominus renouare cogitur ipſis aut hæredibus eorum.*

13 Molen-

13. *Molendinum casu collapsum restituere non permittens dominus superior, iniuriã facit domino molendini, & ideo appellari ab eo potest.*

14. *Molendinum, casu collapsum, restaurare permittere tenetur dominus superior, præcisè, nec liberatur præstando interesse.*

15. *Feudum apertum dominus præcise tenetur iterum inuestire, nec liberatur, præstando quod interest.*

16. *Molendini destructi domino, superior, ex dispositione legis tenetur permittere, readificationem.*

17. *Ad factum ex legis dispositione obligatus præcisè id præstare tenetur, nec liberatur præstando interesse.*

18. *Molendino negligentiâ possessoris destructo, non datur maiori in integrum restitutio stante statuto molendina prohibente.*

19. *Minores restituuntur, si eorum negligentiâ molendinum eorum collapsum.*

20. *Minores contra omne damnum, quod negligentia sua patiuntur restituuntur.*

21. *Minor restituitur aduersus negligentiam appellationis.*

22. *Minor restituitur aduersus non petitam inuestituram.*

23. *Minor restituitur adversus non factum à se inuentarium.*

24. *Minor quacunque in re alia negligens fuit, restituitur.*

25. *Maior cum minore molendinum commune habens, eo per negligentiam collapso, datur maiori in integrum restitutio.*

26. *Molendinum est res indiuidua.*

27. *Maior rem communem, cum minore indiuiduam habens, restituitur ex persona minoris.*

28. *Molendini extruendi licentiam, à superiori, petitam esse an sufficiat, an verò & impetratam necesse sit? & n. seqq.*

30. *Licentia alicuius, ubi in actu aliquo requiritur, non sufficit peti eam, sed opus est impetrari.*

31. *Licentiam non peti sed & impetrari necesse est quando is à quo requiritur iustam habet denegandi causam: aliàs fieri molendinum nequit.*

32. *Licentiam molendini exstruendi negans, sine causâ, appellari ab eo potest superior, eiusque autoritate exstrui molendinum.*

33. *Molendino in exſtruendo, ſi is cuius licentia requiritur, eam expreſſe non deneget, exſpectari debet per tempus arbitrio iudicis & n. 34.*

35. *Mora vbi periculum affert, licentia in exſtruendo molendino neceſſaria non eſt.*

36. *Reſcripti contra ciues vel incolas impetrati ratione non ciuitas aut pagus ſed ſingulares perſonæ in jus vocari poſſunt.*

37. *Molendini exſtruendi licentia ciuibus alicuius ciuitatis vel incolis pagi conceſſa, etiam ipſi ciuitati ac pago prodeſt.*

38. *Molendini exſtruendi licentia ciuibus vel incolis conceſſa an ſingularibus perſonis competat? & n. 39. 40. 41. 53.*

42. *Molendini licentia ciuibus, incolis, eius ciuitatis, pagiue conceſſa, non ad eos ciues tantùm, qui tempore licentiæ, ſed & pòſt ſuperuenerunt pertinet. & n. 53. etiam alterius qualitatis ſint. n. 54.*

44. *Licentia molendini incolis alicuius ciuitatis, pagiue conceſſa perinde eſt ac ſi ſit facta nomine collectiuo: & ciuitati & incolis, &c.*

45. *Collectiuo ſub nomine conceſſa licentia etiam ad augmentum futurum pertinet eorum, quibus facta eſt.*

46. *Prouinciæ conceſſum priuilegium, etiam ad loca, quæ pòſt prouinciæ acceſſerunt, pertinet.*

47. *Eccleſiis alicuius ciuitatis conceſſum priuilegium, extenditur etiam ad Eccleſias pòſt exſtructas.*

48. *Pax inter duas ciuitates pro ſe ac ſubditis facta extenditur etiam ad villam quæ ſe pòſt vni ex ciuitatibus ſubiecit.*

49. *Familiæ recipiendæ pactum etiam ad auctam poſtea familiam pertinet.*

50. *Priuilegium, collegio dominorum ſex decim conceſſum, etiam ad plures pòſt ſuperuenientes extenditur.*

51. *Panis pro certa mercede, alicui ac familiæ ſuæ coquendi pactum, etiam ad auctam poſtea familiam extenditur. & n. 52.*

55. *Molendini licentia ruſticis pagi conceſſa, etiam ad nobiles pertinet, qui pòſt in eo pago cœperunt habitare.*

56. *Molendini licentia ciuitati conceſſa, vel pago, ipſi tantùm, non incolis competit.*

Quarto

QVARTÒ † cum diſpoſitum de pacto ſiue contractu etiam in ſtatuto ſiue conſuetudine locum habeat. *l. fin. ibi Bar. Bal. Salicet. & Doctores C. de fideiuſſor. gl. l. non ſolum §. ſi verbo hæredis ff. de operis no. num. gl. in rub. C. de decret. decur. libr. 10. gl. c. 2. verbo officiali de conſuetudine lib. 6. Iaſon l. non eſt impoſſibile num. 7. ff. de pact. Nicol. Euerh. in ſua top. in loco à pacto ad ſtatutum.* 1

Atque † ſtatutum & conſuetudo pacto longè potentior ſit *gl. l. nec ex prætorio & ibi Dec. ff. de reg. iur. gl. l. neq; pignus §. priuatorum ff. eod. tit. gl. l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Bar. l. omnes populi num. 26. ff. de iuſti. & iure Bar. & Alex. l. alia §. eleganter ff. ſol. mat. Bar. l. Titia centum §. Titio ff. de condit. & demonſt. arg. l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. iuncta l. nemo poteſt ff. legat.* 2

Sicut † valet pactum ne quis in loco ſuo molendinum extruere poſſit: Ita † quoque & ſtatutum vel conſuetudinem ne quis in fundo ſuo abſque licentia ſuperioris molendinum extruat, valere ſtatuo. *Card. Pariſ. conſil. 114. lib. 1. l. qui luminib. & ibi gl. ff. de ſeruit. Vrb. præd. l. 1. & l. præſes C. de ſeruit. & aqua. l. 1. & l. an in totum. C. de ædif. priuat. Cepol. in tractat. de ſeruit. Vrb. præd. cap. 27. num. 5. Ioh. Parriſ. l. 1. num. 12. ff. de ſeruit. Petrus Duenas in tractat. reg. reg. 32. num. 6. & 7. & reg. 37. num. 4.* 3 4

Quod † tamen ſtatutum, ſiue quæ conſuetudo, non extenditur ad eum, qui molendinum iam extructum reficere vel fulcire vult, hoc enim non obſtante hoc ſtatuto vel conſuetudine permiſſum eſt, *arg. l. 1. §. pen. & ibi gl. Bar. Bal. Ang. ff. de mortuo infer. l. 1. §.* 5

 ſi quis

si quis ædificium & ibi Alber. de Rosate Bar. Ang. Alex. & Iason. ff. de oper. no. nunciat. l. 3. §. reficere & ibi gl. & Bar. ff. de itin. actuq; priuato l. 1. §. si quis in spem refectionis ff. de via pub. l. fin. C. de Iudæis l. 4. C. de oper. pub. c. iudicari el. 1 & c. consuluit & ibi Anton. de Butr. Abb. Pet. de Anchar. & Felin. extra de Iudæis gl. c. cum accessissent & ibi Felin. Dec. extra de de constitut. Dec. l. 1. in prin. num. 28. ff quod quisque iuris Nicol. Boer. decis. l. 1. in prin. nu. 28. ff. quod quisq; iuris. Nicol. Boer. decis. 44.

6 Nisi † quis reficiendo formam molendini veteris mutare vellet, hoc enim perinde prohibitum est, sicut nouum molendinum extruere prohibitum est, *arg. l. ius ciuile ibi Cyn. Bar. & Ang. & Ias. ff. de iustit. & iure l. 1. § opus nouum & ibi Alex. & Iason. ff. de oper. no. nunciat. c. consuluit & ibi Abb. Felin. extra de Iudæis. Oldrad. consil. 178. Bal. c. 1. §. insuper collat. fin. de prohib feud. alien. per Frid. Ias. l. si mihi & Titio in pr. col. fin. ff. verb. oblig. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 112. & 248. num. 8. Alber. Brun. consil. 78. col. fin.*

7 Idem † est, si quis molendinum vetus penitus destructum reficere vellet: Hoc enim stante prædicto statuto simili modo prohibitum est, *arg. l. quod tamen §. 1. ff quib. mod. vsufruct. amitt. l. si ita legatum §. fin. ff. legat. 1. l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. oblig. l. nuptiæ ibi Bar. ff. de ritu nupt. l. si vt proponis la. 2. Bal. C. de nupt. gl. c. 3. extra de iure patron. gl. c. de monachis 18. q. 2. gl. Bart. & Dyn. l. damni §. si is, qui vicinas ff. de damnifecto. Bart. Alex. Iason l. 1. §. si quis ædificium ff. de operis non nunciat. Abb. & Felin. c. consuluit extra de iudæis Felin. c. cum accessissent. num. 33. & 34. & ibi Dec. extra de consti-*

constitut. Iason. l. ius Ciuile ff. de instit. & iure Iason l. quominus num. 183 ad fin. ff. de flumin. Dec. l. 1. in prin. ff. quod quisque iuris Dec. l. domum suam: ff. de reg. iur. Nicol. Boer. decis. 44. Aymo Crauetta in tractat. de antiquit. tempor. 5. par. num. 22. facit id quod tradit, Bal. c. 1. §. insuper in fine de probib. feudi alien. per Frider.

Quod† absque dubio procedit quando hoc mo- 8
lendinum fuit destructum dolo, culpâ vel negligentiâ
domini interueniente: Tunc enim hoc molendinum perinde absque superioris licentia refici nequit sicut molendinum nouum absque licentia superioris construi non potest. *arg. eius quod tradit Bald. d. l. si vt proponis Felin. d. c. cum accessissent num. 33. Felin. d. c. consuluit Iason d. l. ius ciuile, Iason d. §. si quis ædificium. Iason. d. l. quominus num. 189. facit. tex. l. non enim negligentibus. ff ex quibus causis maior l. pupillus ff. qui in fraudibus cred. c. nunciat. iuncta gl. distinct. 84. Bal. c. 1. in pr. vers. si vero & ibi Præp. qualiter feud. olim Alex. l. si mihi & Titio num. 20. ff. verb. oblig. Iason l. 2. num. 21. C. de iure Emph. Dec. consil. 329. num. 6. præp. C. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat.*

Secus † autem est, si hoc molendinum penitus 9
destructum fuerit casu fortuito absq; dolo, culpâ vel negligentia domini: Tunc enim saltem remedio restitutionis in integrum domino molendini succurrendum est, vt ipse nouum molendinum extruere possit.

Tum † quia casus fortuitus nemini damnosus 10
esse debet *l. 1. C. commod. l. quæ fortuitis C. pig. act. l. si vt certo §. quod vero & l. in rebus C. commod. l. 2. §. si eo tempore ff. administ. rerum & ciuit.*

Tum

11 Tum † quia generaliter is, qui ius aliquo casu fortuito amisit, ad hoc ius restitui debet *l. 1. §. si quis propter inundationem ff. de Itin. actuq. priuato l. & Atticilinus ff. de seruit. rust. pred.*

12 Tum † etiam quia Doctores nostri communiter * *concludunt, si feudum vel Emphiteusis quolibet modo absque dolo, culpâ vel negligentia finitâ, & ad dominum reuersa fuerint, dominum tàm feudi, quàm Emphiteusis cogi, tàm feudum quàm Emphiteusin ipsi Emphiteutæ vel Vasallo, si ipsi in viuis sint & ipsis non superstitibus, hæredibus eorum renouare siue de nouo concedere *gl. Bar. & Ang. l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. & æstiua Bar. l. 1. ff. de priuileg. creditor. Bar. Alex. & Fran. Aretin. in l. si mihi & Titio in prin. ff. verb. oblig. Bal. c. præsentia col. 4. extra. de probat. Bal. Mart. Laudens. & Præpos. c. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat Bal. in rub. ext. de apellat. Bal. consil. 355. lib. 1. Abb. Panormit. c. bonæ el. 2. nu. 28. & ibi Card. Pet. de Anchar. & Corsetus in addit. ad Panor. extra de postulat. prælator. Pet. de Anchar. cons. 138 cons. 171. cons. 174. Raph. Fulgos. cons. 4. 218. & 120. Raphael. Comensis. 166. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. qualiter feudum olim. Alex cons. 80. lib. 1. consil. 93. lib. 2. consil. 10. lib. 3. cons. 83. & 161. lib. 7. Curt. Iunior in tract. feud. 1. par. secundæ partis prin. quæst. 15. Socin. cons. 99. num. 7. lib. 1. Ias. l. petens num. 16. C. pactus Ias. l. 2. nu. 21. 22. 23. C. de iure Emph. Ias. l. fin. nu. 11. C. eod. Dec. cons. 78. cons. 131. & cons. 328. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 238. Nicol. Euerh. in locis legalib. in loco à feudo ad Emphiteusin. Gozadinus consil. 71. & cons. 86. nu. 23. Card. Paris. cons. 28. lib. 1. Socin. iunior cons. 109. nu. 15. lib. 2. & consil. 9. lib. 3. Tiraquel. in tractat. de vtroque retractu in præfatione 1. Par. in prima parte.*

Et † hæc

Et † hæc conclusio usq; adeò vera est, ut superior denegans domino molendini, casu fortuito destructi, restitutionem in integrum cōcedere, ad hoc ut ipse molendinum nouum extruere poßit, dicatur domino molendini extructi iniuriam inferre, atq; propter hanc iniuriam, ab eo appellari poßit. *arg. l. 1. § permittitur & ibi Bar. ff. de aqua quotid. l. 1. de privileg. cred. Abb. c. bonæ el. 2. num. 28. extra de postulat. prælat. Pet. de Anchar. cons. 171. num. 6. Alex. cons. 80. num. 11. lib. 1. cons. 161. num. 2. lib. 7. Præpos. c. 1. quemad. feud. ad filiam pertineat Ias. l. 2. num. 21. C. de iure emph. Dec. cons. 131. num. 2.* 13

Deinde † hæc conclusio extenditur ut superior præcisè cogatur domino molendini, casu fortuito destructi in integrum restitutionem concedere ad hoc, ut ipse aliud molendinum extruere poßit, nec liberetur, licet ipse molendini destructi domino interesse solvere paratus sit. 14

Ad quam sententiam tenendam moveor: Tum † quia Doctores in simili concludunt: dominum feudi præcisè cogi de feudo sibi aperto Vasallum, qui hoc feudum amisit, si is in viuis sit, vel hæredes ipsius si ipse Vasallus mortuus sit, investire, nec solvendo id quod interest ab hac obligatione obligari, *Socin. cons. 99. num. 7. lib. 1.* 15

Tum † quia superior, ex dispositione legis, obligatus est Domino destructi molendini, remedio restitutionis in integrum interveniente, permittere aliud molendinum extruere. *arg. d. l. & Arriculinus ff. de servit. rust. præd. l. 1. § si quis propter inundationem ff. de itin. actuq; privato l. 1. § permittitur ff. de aqua quotid. & æsti.* 16

17 Et clari † juris est, quòd obligatus ex dispositione legis, ad factum, præcisè illud factũ implere cogatur, nec solvendo interesse, ab hac obligatione liberetur. *Bar. Alex. & Doct. l. stipulationes non dividuntur in pri. ff. verb. obligat.*

18 Et † licet maiori, cuius negligentia molendinum destructum fuit, denegetur restitutio in integrum ad aliud molendinum extruendum, *sicut supra. num. 8. conclusimus.*

19 Minoribus † tamen, quorum negligentiâ vel culpâ molendinum destructum fuit, interveniente restitutione in integrum permittendum aliud molendinum extruere statuo.

20 Namq; † certum est, quòd minoribus contra omne damnum, quod ipsi negligentiâ suâ perpessi sunt, in in-
21 tegrum restitutio concedi debeat, sive † hæc negligentia commissa sit, in non appellando: *l. etsi sine § pen. ff. de*
22 *minorib.* sive † in non petendo investituram. *gl. Bal. Alva. Prapos. & Matth. de Afflict. in c. 1. in prin. quæ fuit* 1. *causa Alex. cons. 79. num.* 11. *lib. Curt. in tract. feud. 4. par.*
23 *num. 23. lib.* Sive † in non conscribendo inventarium § *pupillus & ibi gl. Auth. de hæred. & Falcid. gl. l. auxilium vers. cessare & ibi Bal. ff. de minorib. Bal. l. fin. C. quib. causis in integ. rest. non est necesse. Bal. l. 1. § si ut se abstineant Bal. l. fin. C. de temp. in integ. restit. Bal. l. fin. in prin. quæst. 2. C. de iure delib. Alex. cons. 124. col. 4. lib. 4. Dec. cons. 445. num. 56. Card. Paris. cons. 65. lib. Socin. iunior cons.* 112. *num. 12. lib. 2.*

24 Sive † in alia re, *arg. l. etsi sine § fin. & l. minor etiamsi ff. de minorib. c. constitutus & ibi Doctores. Extra de in integ. restit. Iohan. And. in addit. ad spec. § quoniam nu. 27. de*

27. de feudis Oldrad. Guilh. de Suzaria Bar. & Bal. l. fin. C. in quib. causis rest. in integ. non est necess. Bal. l. omnes populi nu. 27. ff. de instit. & iure. Dec. cons. 456. Tiraq. in tract. de utroq; retractu 1. Par. § 35. gl. 2. num. 2.

Et sit † unus ex pluribus dominis molendinum com- 25
mune habentibus minor sit ex persona minoris etiam
maioribus dominis in integrum restitutionem conce-
dendam esse iudico, ut ipsi molendinum negligentiâ
illorum destructum reficere possint: Namq; † unum 26
idemq; molendinum individuum est. Et † certum est 27
quod in individuis maioribus habentibus rem commu-
nem cum minore propter personam minoris restitutio
in integrum concedatur. *gl. l. 1. C. si in communi eadem causa l. 2 C. si unus ex plurib. appellaverit arg. l. si commune ff. de servit. vendic. l. si is qui duos & ibi Bar. ff. de liber. lega. l. Aristo in fin. ff. quæ res pig. obligari poss. l. si post mortem § fin. ff. bonor. poss. contra tab. l si emancipati & ibi Ias. num. 5. usq; ad num. 25. C. de collat. c. pen. & ibi Bal. extra de appellat. c. in sacris. Extra de sepulturis Bal. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. quib. mod. feud. amitt. Innoc. c. ad audientiam. Extra de præscrip. Abb. & Felyn. c. 1. ext. eod. tit. Alex. cons. 169. nu. 9. lib. 2. & cons. 122. nu. 18. lib. 4. Iacob. de S. Georgio. in tract. feud. verbo & promiserunt nu. 20. Curt. in tract. feud. 4. par. num. 18. Ias. l. imperium nu. 3. ff. de iurisd. omnium iud. Ias. l. 1. nu. 1. & 2. C. transact. Thomas Ferratus caut. 10. nu. 2 Matth. de. Affl. c. 1. in pri. nu. 64. quo temp. miles Paris. cons. 65. num. 59. lib 3. Hieron. Schurff. cons. 74. num. 7. lib. 2.*

Porrò † annotandum est Cardinalem Parisium tra- 28
dere Statuto requirente licentiā superioris, in constru-
ctione novi molendini, satisfactum esse, si quis solum-

modò hanc licentiam petat, licet eam non obtineat, ideóq; eum qui à superiore petijt sibi concedi licentiam extruendi molendinum, indistinctè hoc molendinum extruere posse, licet ipse hanc licentiam non obtinuerit. *Paris. cons. 114. nu. 28. lib. 1. arg. c. licet & ibi gl. verbo licentiam & Abb. extra de regular. Abb. c. admonet num. 4. extra de renunciat.*

29 Quam † tamen sententiam ego indistinctè veram
30 non iudico. Namq; † Doctores nostri communiter tradunt, quando licentia alicuius in actu aliquo requiritur non sufficere si illa licentia simpliciter petatur, sed requiri ut illa licentia expresse obtineatur *gl. Clem. 1. verbo obtenta arg. ill. tex. de testam. Archidiac. Ioh. And. Domin. phil. Fran. c. si Abbatem in prin. de elect. lib. 6. Iohan. And. c. qui tacet de reg. iur. lib. 6. Bal. l. obseruare § post hac in fin. ff. de offic. procons. Lapus. allegat. 86. Rom. l. 2. voluntatem & Alex. num. 4. ff. sol. matr. Abb. c. tua fraternitatis arg. ill. tex. extra de cler. non resident: Fran. Aret. l. si quis mihi bona § usum col. antep. ff. acquir. hared. Philip. Franc. c. quam sit § electus, de elect. lib. 6. Barbat. cons. 12. col. 11. lib. 1. & in addit. ad Bal. l. except. C. evict. Rom. cons. 37. incip. viso themate in 2. lib. Lancellotus Galiaula l. 1. col. antep. vers. sexto requiruntur ff. verb. oblig. Corsetus in suis singularib. verbo licentia. Tiraq. in tract. de legib. connubial. gl. 7. num. 8.*

31 Quod † absq; dubio verum est, quando is cuius licentia in extruendo molendino requiritur, habet iustam denegandi causam illam licentiam: Tunc enim etsi licentia petita fuerit, si tamen illa obtenta non sit, molendinum extrui nequit. *gl. fin. c. nullus extra de iure patron. arg. l. literas dist. 63. c. Florentin. Archidiacon. dist. 85.*

Sin au-

Sin † autem is cuius licentia in extruendo molendinum nouum requiritur, absq; iusta & legitima causa recuset hanc licentiã concedere, ab ipso ad superiorem illius appellari, eiusq; autoritate interveniente molendinum extrui potest. *arg. l. si cum dotem § eo tempore ibi Bar. & Alex. ff. sol. mat. c. nullus & ibi Abb num. 1. extra de iure patron. c. 1. extra de his quæ fiunt à maior. parte capit. l. si legatario § fin. ff. de fidei com. libertat. gl. c. si religiosus in prin. de elect. lib. 6. gl. c. exigunt. 1. q. 7. Bar. l. fin. nu. 9. ff. de appell. reci. Bal. rub. nu. 25. C. contrah. emp. Bal. l. 1. nu. 2. C. de nup. Bal ol. col. fin. & ibi Ias. nu. 20. C. qui admit. Bal. c. 1. in pr. nu. 7. de consuet. recti feudi Paul. de Cast. l. 1. C. unde vir & uxor Abb. c. postquam nu. 8. & ibi Dec. nu. 10. extra de Elect. Abb. c. relatum nu. 6. & c. tuæ fraternitatis nu. 3. extra de Cler. non resident: Abb. c. licet num. 9. extra de regular. Abb. c. quod dedit nu. 12. & 13. extra de statu monachorum Abb. cons. 63. lib. 2. Rom. cons. 36. Pet. de Anchar. c. 1. extra de constit. Alex. cons. 57. num. 6. lib. 2. Felyn. c. cum accessissent num. 20. extra de constitut. Ias. l. bonorum num. 9. C. qui admitti.* 32

Et si is, † cuius licentia in extruendo molendinum requiritur, non expressè deneget hanc licentiam præstare, per legitimum tempus arbitrio judicis definiendum, *arg. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis. extra de offic. deleg.* expectari † debet, antequam molendinum absq; licentia illius cum superioris authoritate ædificetur. *arg. c. cum in veteri extra de Elect. Abba. d. c. licet, num. 8. extra de regul.* 33 34

Quin imò † si is cuius licentia in extruendo molendinum requiritur absq; iusta & legitima causa hanc licentiam concedere recuset, & periculum in mora sit, 35

N 3 etiam

etiam absq; superioris autoritate molendinum extrui potest. *Innoc. c. nisi cum pridem extra de renunciat. Abb. c. cum in veteri num. 13. Extra de elect. Abb. c. relatum nu. 6. extra de Cler. non residentib. arg. l. 1. § fin. ff. de serys l. Diuus ff. de petit. hared. l. si quis filio exharedato § hi autem ff. de iniusto rupt. irrit. testamento l. de pupillo § si quis rivos & ibi Ias. ff. de oper. novi nunciat. l. ait prator. § si debitorem & ibi Bar. ff. qua in fraud. cred. c. baptisari dist. 5. c. fin. & ibi gl. ext. de pœn. & remissione Bar. l. 2. arg. ill. tex. C. de naufrag. lib. 10. Ias. l. 2. nu. 18. ff. de iurisd. omnium iud.*

36 Et licet † ratione rescripti impetrati, contra cives alicuius civitatis, vel incolas alicuius pagi, tantum singulares personæ ipsius civitatis vel pagi, non autem ipsa civitas vel pagus in ius vocari possit. *Bal. l. sed si hac § qui manumittit. ff. de in ius vocan. Bal. Auth. item quicunq. C. de Epis. & Clericis Bal. c. sedes Apostolica ext. de rescrip. And. Barbat. in addit. ad Bal. c. 1. § conventiculas de pace firm. Felyn. c. eam te num. 15. de rescript. Card. paris. cons. 91. lib. 4.*

37 Licentiam † tamen extruendi molendina concessam civibus alicuius civitatis, vel incolis alicuius pagi, ita interpretandam esse, ut ratione huius licentiæ etiam ipsa civitas sive pagus molendinum extruere possit, dubio caret. *arg. l. civibus ibi Bar. & Socin. ff. de reb. dub. c. si Canonici ibi Dominic. de elect. lib. 6. c. ad decimas iuncta gl. ibi Domin. de restit. spol. lib. 6. gl. l. Lucius § civibus ff. legat. 2. Felyn. c. cum omnes num. 28. extra de constitut.*

38 Quin imò † si civibus alicuius civitatis vel incolis alicuius pagi fuerit concessa licentia ædificandi molendina,

dina, non tantum ipsam civitatem vel pagum, sed etiam singulares homines illius civitatis vel pagi molendina extruere posse, respondit *Cardinal. Paris. cons. 91. lib. 4.*

Quod † tamen ita demum verum iudico, nisi licentia extruendi molendina fuerit petita non nomine incolarum alicuius pagi vel civitatis, sed nomine pagi vel civitatis: Tunc enim licentiam extruendi molendina concessam incolis alicuius pagi vel civitatis secundũ petitionem præcedentem interpretandum esse iudico, ut non singularibus incolis illius civitatis vel pagi, sed ipsi civitati vel pago tantum, intelligatur concessa licentia extruenda molendina *arg. l. 1. & ibi Ias. C. de divers. rescrip. Dec. cons. 61.* 39

Sed † si nomine incolarum alicuius civitatis vel pagi, licentia extruendi molendina & petita & obtenta fuerit, (quo † casu non tantum ipsam civitatem vel pagum sed etiã singulares incolas illius civitatis vel pagi molendina extruere posse ex sententia Cardinalis Parisij conclusimus) non † tantũ illos cives sive incolas qui tẽpore licentiæ datæ in ista civitate sive pago habitaverunt, sed etiam illos, qui post licentiam datam, ultra numerum priorum incolarum, in ista civitate sive pago habitarẽ cœperunt, vigore huius licentiæ molendina extruere posse iudico. *Nicol. Boer. decis. 213. num. 2. arg. l. si servitus in prin. ff. de servit. Vrb. præd. l. 2. in pri. ff. quorum legatorum c. quia circa extra de privileg.* § Quæ † sententia multis rationibus comprobari potest. Namq; † primò certum est, quod licentia extruendi molendina concessa incolis alicuius civitatis sive pagi perinde habeatur atq; si hæc licentia sub nomine collectivo fuisset concessa

(margin: 40, 41, 42, 43, 44)

cessa & civitati sive pago & incolis illius civitatis sive pagi. *arg. d. l. civibus ff. de rebus dub. gl. d. l. Tucius § civibus ff. de legat. 2.*

45 Et † certum est quod licentia extruendi molendina aliquibus concessa sub nomine collectivo extendatur etiam ad futurum augmentum, sive ad illos incolas illius civitatis sive pagi, quibus incolis civitas siue pagus ultra numerum illorum incolarum augentur *arg. l. grege. ff. de pignor. in prin. l. grege. ff. de legat. 2. l. peculium in prin. ff. de legat. 2.*

46 Secundò hanc sententiam confirmat id, quod Doctores nostri tradunt: privilegium concessum provinciæ etiam ad illa loca quibus pôstea provincia augetur, quæve provinciæ postea adijciuntur extendi *Bar. l. si convenerit § si nuda ff. de pignor. act.*

47 Tertiò † hanc sententiam probat id, quod Doctores nostri concludunt, privilegium concessum Ecclesijs alicuius civitatis extendi etiam ad Ecclesias postea extructas *Pet. Cyn. Rainerius & Fulgos. l. placet C. de S. S. Ecclesijs Alex. consi. 178. lib. 2.*

48 Quartò † ad hanc sententiam confirmandam etiam adduci potest id, quod traditur: pacem factam inter duas civitates pro se atq; subditis suis porrigi etiam ad villam quæ se post pacem factam alteri de istis civitatibus submisit *Ioh. And. in ad Specul. rub. de treuga & pace Paul. de Cast. l. qui ædificium in prin. ff. de servit. vrb. præd. Alex. cons. 178. num. 14. lib. 2. Ias. l. si ita stipulatus fuerim § cum stipulamur num. 8. ff. verb. oblig.*

49 Quintò † huc accedit id, quod traditur: eum qui accepit fundum eo pacto, ut is ibidem extrueret domum in quam tradentem pro se atq; familia sua reciperet, ex

ret ex hoc pacto obligari, tradentem cum integra ſua familia in iſtam domum recipere, licet familia illius poſtea aucta fuerit. *Imo. l. damni § ſi is qui vicinas ff. dam. infecto.*

Sextò † ad hoc allegari poteſt quod traditur: privi- 50
legium conceſſum collegio dominorum ſexdecim etiam extendi ad eos, qui ultra illos ſedecim in collegium poſtea recipiuntur. *Alex. conſ. 178. lib. 2.*

Septimò † hæc ſententia etiam confirmatur ex eo, 51
quod Doctores noſtri tradunt, ex pacto convento cum piſtore ſive furnario, ut is pro certa ſumma pecuniæ decem nempe, ſingulis annis coquat panem paciſcenti atq; familiæ ſuæ, hunc piſtorem ſive furnarium obligari pro ſumma conventa paciſcenti & familiæ ſuæ panem coquere, licet familia paciſcentis poſt pactum conventum aucta fuerit. *Abb. & Pet. de Anchar. c. quanto extra de cenſib. Cyn. l. placet C. de S. S. Eccleſijs Cepol. in tract. de ſervit. urb. præd. Cap. 50. Iacob. de S. Georgio. in tract. feud. verbo & cum molendinis num. 6. Alex. conſ. 178. lib. 2.*

De † qua tamen ultima deciſione videte ea quæ tra- 52
dit latius *Iaſ. in l. fin. C. de verb. ſig. Iaſ. l. quominus num. 136. uſq; ad num. 145. ff. de fluminib. Nicol. Boer. deciſ. 213.*

Et ſic † per prædictas rationes concludo: Vigore li- 53
centiæ conceſſæ civibus vel incolis alicuius civitatis vel pagi non tantum ipſi civitati vel pagi, ſed etiam ſingularibus incolis civitatis, vel pagi, non tantum illis qui tempore licentiæ datæ in iſta civitate ſive pago habitaverunt, ſed etiam illis qui poſt licentiam conceſſam in illa civitate ſive pago ultra numerum priorum incolarũ habitare cœperunt permitti molendina extruere.

54 Quod usq; adeò verum esse judico, ut licentiam extruendi molendina concessam rusticis alicuius pagi, (quod genus hominum tempore concessionis factæ solum in isto pago habitavit,) ipsi pago omnibusq; incolis, qui postea in illo pago habitare cœperunt, licet ipsi
55 alterius qualitatis sint, concessam, atq; † vigore huius licentiæ etiam nobiles qui in isto pago postea habitare cœperunt, molendina extruere possint, crediderim. *arg. l. certo generi in prin. ff. de servit. rust. præd. iuncta l. qui furere ff. de statu hominum l. si quis filio exhæredato § quod si is ff. de iniusto rupt. irr. facto testamento l. si quis inquilinos § si ita legatum ff. de legat. 1.*

56 Econverso † verò licentiam extruendi molendina concessam civitati sive pago, ita interpretandam esse judico, ut tantum civitati sive pago non autem incolis illius civitatis sive pagi permittatur ratione huius licentiæ molendina extruere. *arg. l. in tantum § universitatis hoc Tit. nostro l. sed si hac § qui manumittitur & ibi Bal. ff. de in ius vocando l. sicuti § si quid ff. quod cuiusq, univers. nomine l. 1. § si autem collegium & ibi Ias. ff. ad S.C. Trebell. l. 1. § seruum ff. de quæstionib. c. fin. de præbend. lib. 6. gl. l. 1. § fin. & ibi Bar. ff. de colleg. illicit. Bar. & Ias. l. servi electione § 1. ff. legat. 1. Bar. l. fin. num. 22. ff. de colleg. illicitis Abb. c. eum non liceat num. 2. extra de præscrip. Pet. de Anchar. cons. 204. & cons. 248. Felyn. c. cum omnes num. 24. & 25. ext. de constit. Felyn. c. eam te nu. 14. & 15. & ibi Dec. nu. 7. ext. de rescrip. Felyn. c. insup. nu. 1. ext. de testib. Felyn. c. dilectus el. 2. nu. 4. ext. de Simonia Dec. cons. 61.*

§ NONVS.

In quo explicatur, an licentia exstruendi molen-

molendina, concessa hominibus alicuius regionis, vel territorij, extendatur etiam ad civitates illius territorij?

SVMMARIA.

1. *Quaestio proponitur.*
2. *Vniversitas, velut civitas, collegium, pagus, aliud sunt, aliud singulares homines.*
3. *Vniversitates, civitates, pagi, collegia non continentur appellatione personarum, vel incolarum alicuius loci.*
4. *In dispositione stricta appellatione hominũ vel incolarum alicuius regionis vel territorij, non comprehenduntur civitates, pagi, collegia reliquaeq; universitates & n. 10.*
5. *Mandatum est stricti juris.*
6. *Rescriptum est stricti juris.*
7. *Statutum poenale stricti juris est.*
8. *Statutum juris communis correctorium stricti juris est.*
9. *Statutum juris alicuius derogatorium est stricti juris.*
11. *Vniversitates, civitates, pagi, collegia, largè & impropriè hominum sive incolarum appellatione continentur.*
12. *Dispositio loquens de personis, hominibus sive incolis alicuius loci, comprehendit etiam universitates, si dispositio est favorabilis.*
13. *Item ubi de verisimili disponentis mente apparet.*
14. *Item ubi eadem est ratio.*
15. *Molendini, in proprio fundo exstruendi, licentia favorabilis est.*
16 *Molendini in proprio fundo faciendi licentia extendenda.*
17. *Molendini aedificandi licentia hominibus loci concessa, etiã ad universitates pertinet.*
18. *Molendini in proprio fundo exstruendi facultatem prohibens dispositio odiosa est.*
19. *Et juris communis correctoria.*

20. *Molendini in proprio extruendi facultatem prohibens dispositio quoad fieri potest restringenda.*

21. *Molendinum in proprio ædificare homines territorij alicuius prohibens dispositio, ad universitates non pertinet.*

1 VTRVM † autem licentia, extruendi moelndina, concessa incolis, personis sive hominibus alicuius regionis vel territorij, extendatur etiam ad civitates, pagos, reliquasq; universitates illius territorij, ut videlicet illis vigore huius licentiæ quoq; permittatur molendina extruere, dubitari possit.

2 Ad † cuius dubij decisionem annotandum est, cum aliud sit universitas, civitas nempe, collegium vel pagus, aliud vero singulares homines sive personæ *l. 2. & ibi gl. ff. quod cuiusq. univers. nomine l. proponebatur ff. de iudicijs Bar. l. aut. facta § nonnunquam num. 3. ff. de pæn.*

3 Appellatione † personarum, hominum vel incolarum alicuius loci vel territorij, civitates, pagos, collegia, reliquasq; universitates secundum propriam atq; genuinam vocabuli significationem non contineri. *arg. l. mortuo ff. de fideiussor. Auth. item quæcunq. ibi Bal. C. de Episc. & Clericis l. fin. C. de erogatione militaris annonæ lib. 11. c. 1. § conventiculas, & ibi Bal. & Matth de Afflict. de pace iuram. firmanda. c. Romana § si in universitatem. de sentent. excom. lib. 6.*

4 Ideoq; † in dispositione stricta, qualis † est mandatum.
5 *Bal. Rub. C. ad. S. C. Treb. Fel. c. eam te num. 14. extra de rescrip. Card. Paris. consf. 91. lib. 4.*

6 Rescriptum † *Bal. de Auth. item quæcunq. Bal. c. sedes Apostolica. Extra de rescript. Arhidiac. & Iohan. And. c. 2.*
7 *de rescrip. l. lib. 6. Felyn. d. c. eam te num. 15.* statutum † pœnale

pœnale: *Anton. de But. c. grave Arg. ill. tex. extra de præbend.*

Iuris † communis correctorium. *Bal. l. omnes populi num. 23. vers. sed nunquid ff. de iustit. & iure Pet. de Anchar. c. 1. extra de constitut. Rom. cons. 400. Ias. l. fin. nu. 6. C. de pact. Ias. l. si quis maior num. 7. C. de transact.* vel juris † alterius derogatorium. *Rom. cons. 436. Felyn. de c. eam te num. 15.* & † similis dispositio stricta, appellatione hominum vel incolarum alicuius regionis vel territorij, civitates, pagi, collegia reliquæq; universitates non comprehenduntur. *Imo. & Abb. c. novit. extra de his quæ fiunt à prælat. sine consen. Cap. arg. l. 3. § hæc verba ff. de negoc. gestis.* 8 9 10

Cæterum † largè & impropriè appellatione personarum, hominum vel incolarum etiam civitates, pagi, collegia, reliquæq; universitates comprehenduntur. *arg. d. l. mortuo l. 1. iuncta l. nihil ff. ad S. C. Macedon. Bal. l. metum § advertendum ff. quod metus causa. Bal. l. quicunq; col. 3. C. de servis fugitivis Bal. l. 2. C. de impub. & alys substitut. Ias. l. fin. nu. 5. & 6. C. de pact. Ias. d. l. si quis maior num. 10.* 11 12

Ideoq; † dispositio loquens de personis, hominibus sive incolis alicuius loci, extenditur etiam ad civitates, pagos, collegia, reliquasq; universitates, si vel hæc dispositio sit favorabilis, larga aut extensibilis: *Imol. & Abb. d. c. novit. Domin. c. cum in illis § 1. de præben. lib. 6. P. de Anchracano c. dilecti extra de foro competenti Felyn. d. c. eam te num. 15. vers. quarto declaratio. Ias. d. l. fin. num. 6. de pact.* vel † verisimilis mens disponentis. *Bal. c. 1. de nova forma fidelitatis Alex. in addit. ad Bar. d. l. mortuo arg. l. 3. & ibi Ias. C. de liber. præter. l. non aliter in prin. ff.* 13

14 *legat. 3.* Aut † identitatis ratio illud suadeat, *Socin. cons. 796. lib. 2. arg. l. illud in prin. ff. ad L. Aquil. l. à Titio in pr. ff. verb. oblig.*

15 Quare † cum licentia extruendi molendinum in fundo proprio favorabilis sit *arg. l. nemo exterus C. de Iudæis l. in re mandata C. mandati l. 2. ff. si quis à paren. manu-*
16 *miss. fuerit.* Ideoq; † extendi debeat: *l. cum quidam ff. de liber. & posthumis c. odia & ibi Dyn. de reg. iu. in 6.*

17 Ego † verissimum judico, licentiam extruendi molendina concessam personis, hominibus sive incolis alicuius regionis vel territorij, porrigi etiam ad civitates, pagos, collegia, reliquasq; universitates illius loci.

18 Econverso † verò cùm dispositio prohibens ædificare molendina in fundo proprio, & odiosa sit: *arg. l.*
19 *cum eo & l. Imperat. ff. de servit. Vrb. præd.* & † juris com-
20 munis correctoria *arg. d. l. nemo exterus*, eamq; † ob caussam quantum eius fieri potest, restringi debeat: *arg. d. c. odia d. l. cum quidam & ibi Ias. §. præcipimus C. de appellat.*

21 Ego † credo dispositionem prohibentem hominibus, personis vel incolis alicuius regionis vel territorij extruere molendina in fundis proprijs, non extendi ad civitates, pagos, collegia reliquasq; universitates, illius regionis vel territorij. *arg. eius quod tradit Imo. & Abb. d. c. novit, cum similib. supra n. 10. allegatis.*

§ DECIMVS.

Quanto tempore, non utendo, quis perdat licentiam exstruendi molendina, in fundo proprio?

SVMMA-

SVMMARIA.

1. *Quaestio proponitur.*

2. *Molendini in proprio fundo exstruendi licentia decem annis amittitur. & n. 4. fallit n. 7. 8. 11. 13. 14. 17.*

3. *Faciendi privilegium quodlibet amittitur decem annis.*

5. *Molendini in proprio exstruendi licentia decem annis amittitur etiam si universitati sit concessa.*

6. *In praescriptionibus universitates regulariter eodem, quo privati, jure utuntur.*

7. *Molendini exstruendi licentiam non amittit decennio, qui casu fortuito est impeditus.*

9. *Molendini exstruendi licentia in mera libertate consistens nunquam amittitur. & n. 10.*

11. *Molendini exstruendi licentia Ecclesijs concessa 40. annis amittitur. & n. 12.*

13. *Molendini exstruendi licentia nunquam amittitur quando concedenti quotannis certa solvitur pensio.*

14. *Molendini exstruendi licentiam impetrantis heres, si hoc ignoravit, & lapsum est decennium, datur ei restitutio in integrum. fallit si ignorantia ipsius sit crassa & supina ibi. n. 15. vel affectata ibi. n. 16.*

17. *Molendini exstruendi licentiam, decennio non amittit communitas, si unus ex ea intra decennium exstruxit.*

18. *Vniversitatis jus conservatur, per unius factũ de universitate.*

IVXTA † prædicta ulterius queritur, quanto tempore non utendo quis perdat licentiam extruendi molendina in fundo proprio? 1

Et respondeo † hanc licentiam, sicut & aliud † quodlibet privilegium ad faciendum aliquid concessum spatio 10. annorum amitti. *l. 1. & ibi Bar. ff. de nundinis spec. § nunc autem vers. pen. de instrum. edit. Bar. l. fin. & ibi Ias. num. 25. ff. de constitut. prin. Bar. l. licitatio § earum ff. de publ. & comiss. Ioh. And. c. 2. de immunit. Eccles. lib. 6.* 2 3

Abb.

Abb. Felyn. & Dec. cum accessissent. Extra de constit. Abb. c ut privilegia 24. extra de privileg. Alex. cons. 33. num. 5. lib. 5. And. Barbat. cons. 41. lib. 1. Socin. cons. 164. num. 21. lib. 2. Ias. l. falso. 2. C. de divers. rescript.

4 Et licet† in hoc contrarium teneat *gl d. l. fals.* hæc
* tamen sententia & verior & communior * est, &† pro-
5 cedit non tantum illo casu, quando hæc licentia extruendi molendina est concessa privato, sed etiam quando hæc licentia extruendi molēdina est concessa civitati, pago sive collegio *Dec. d. c. cum accessissent. arg. l. 1. ff. de nundinis iuncta l. metum § animadvertendum ff. quod metus causa.*

Namq; † in præscriptionibus civitates, pagi, sive
6 collegia regulariter eodem quo privati jure utuntur. *l. omnes C. de prescrip. 30. vel 40. annor. Bal. l. fin. C. de S. S. Ecclesijs Fran. Bal. in tract. de præscrip. 3. par. 5. par pr. q. 7.*

Hæc conclusio † fallit primò si is cui concessa est li-
priuilegium extruendi molendinum in loco publico concessum est, cum damno atq; incommodo omnium aliorum, qui ibidem molendina habent, præter illum Titium, vigore huius priuilegij in loco publico molendinum extruere potest. *Alex. consil. 216. num. 2. quæstio. 2. Dec. l. 6 num. 22. ff. reg. iur. Dec. c. super eo num. 2. extra de* [illegible] *legat. arg. l. Proculus. ff. de vsufruct. l. si ita legatum* [illegible] *prin. ff. de legat. 1. l. si quando in prin. ff. eod. tit. l. fundus qui locatus ff. de fundo instructo l. nam quod liquidè.* [illegible] *ff. de pecul. leg. Domin. c. qui ad agendum §. 1. ff.* [illegible] *t. l. 6. Roman. consil. 271. incip. Vis tota Alex. Au-* [illegible] *testamento num. 2. arg. ill. tex. C. de collat. Dec. consil.* [illegible] *col. 2. Fran. Ripa l. 1. num. 55. ff. de vulg. & pupillari substitut. Tiraquel. in tractat. de legib. connubialib. gl.* [illegible] *num.* [illegible].

Quod † tamen ita demum verum est, si alij vicini ex hac extructione molendini modicum vel exiguum tantum damnum passuri sunt, Secus † autem 37 est, si alij vicini ex hac extructione molendini magnum 38 damnum passuri sint: Tunc enim vigore prædicti priuilegij is cui hoc priuilegium concessum est, in loco publico molendinum extruere nequit.

Namque † si is, cui expressè hoc priuilegium 39 concessum est, vt ipse etiam cum damno & detrimento ac præiudicio aliorum in loco publico molendinum ædificare possit, vigore huius licentiæ in loco publico molendinum extruere nequit, eo casu, quando hoc fieret maximo damno, detrimento siue præiudicio aliorum, *dixi supra num. 31.* Certè † multò minus ei, 40 cui tacitè, per hoc nempe, quod persona vnius vicini

excepta est, permittitur molendinum in loco publico extruere, concedi debet, cum maximo incommodo sine detrimento aliorum vicinorum in loco publico ædificare.

41 Tum † quia taciti & expressi eadem virtus, eademque iuris dispositio est. *l. cum quid & ibi Iason & Doctores ff. si certum petatur l. 3. & ibi Bar. ff. [illegible] diem ff. verb. significat. iuncta gl. in l. item qui [illegible] lo petitur ff. pact. l. magnam C. contrahen. & commit. [illegible] pul. iuncta l. 2. C. de iure Emphiteu. l. iurisgentium [illegible] quinimo ff. de pact. iuncta l. hereditatem ff. de donat. l. [illegible] de ff. de bonorum possess. contra tabul. l. fin. C. de inst. & subst. itut.*

42 Tum † quia tacitum non debet plus operari quam expressum. *l. electio §. l. is quem ff. noxal. act. l. filio quem pater ff. de liber. & posthumis l. nonnunquam ff. cond. [illegible] [illegible] ff. stipulat. [illegible] l. expressa [illegible] donat. inter vir. & uxor. [illegible] ff. de vulg. & pupillari substit. Tiraquel. repet. l. si unquam verbo donatione largitus num. 131 usque ad num. 135. C. de reuo. donat. Tiraquel. in tractat de ll. connubialib. gl. 5. num. 160.*

43 Tum † quia inter vnum casum & alium diuersitatis ratio assignari nequit, igitur in vtroque casu eadem iuris dispositio seruanda est. *arg. & illud in prin. [illegible] ad L. Aquil. l. actio in prin. ff. verb. oblig.*

44 Quartò † hæc conclusio fallit, quando priuilegio concesso ad extruendum molendinum in publico loco vna cum clausula: Ex certa scientia, vel cum clausula

fundo suo proprio, est inserta clausula; non obstante: Tunc enim is, cui hoc priuilegium concessum est, etiam cum graui damno siue præiudicio vicinorum in loco publico molendinum extruere potest. *Alex. & [illegible] §. si is pro quo ff. quid quisq. iuris Felin. c. ad au-[illegible] 8. extra de rescript. Aymon Crauetta consil. 152. [illegible] b. 1.*

Quod † tamen ita demum procedit, quando 45 princeps, qui tale priuilegium indulget, est de facto, præiudicio nempe aliorum plenè informatus.

Secus † autem est, si ipse de facto non sit plenè 46 informatus: tunc enim is, cui prædictum priuilegium concessum, non potest in loco publico, cum graui præiudicio vicinorum molendinum extruere, etiam si priuilegio sit inserta simul clausula: Ex certa scientia & plenitudine potestatis, & clausula: non obstantibus aliæ similes clausulæ. *Curt. consil. 49. incip. memoriæ [illegible] Socin. iun. cons. 77. num. 105. lib. 1.*

Et † cum hoc, quod princeps de facto plenè in- 47 formatus sit, in facto consistat, in † dubio non præ- 48 sumitur, principem de facto plenè informatum fuisse. *[illegible] in bello §. factæ ff. de captiu. & postlim. reuers.*

Quintò † licet is, cui conceditur priuilegium 49 extruendi molendinum in loco publico, vigore huius priuilegij cum damno, detrimento vel præiudicio vicinorum in loco publico molendinum ædificare nequeat: is † tamen cui conceditur licentia, siue pri- 50 uilegium extruendi molendinum in fundo proprio,

non obstante statuto quod prohibet absque licentia siue autoritate superioris in fundo proprio molendinum extruere, vigore huius licentiæ siue priuilegii in fundo proprio indistinctè molendinum extruere potest, etiamsi hæc extructio molendini sit coniuncta cum maximo damno, detrimento siue præiudicio vicinorum. *gl. fin. l. si vnus § pactus ne peteret. arg. ibi. ff. de pact. dist in. 35. gl. c. statutum vers. narrandum de preb. lib. 6. Alber. Brunus consil. 1. nu. 56. & 57. Ioh. Campeius inter consilia Alber. Brun. consil. 2. num 4. Scitus inter cons. Alber. Brun. consil. 10. num. 31. Sigismundus Neapolitanus consil. 14. num. 63.*
51 Quamuis † huic decisioni nonnihil refragetur *text l. 2. & l. 3. ff. de natalibus restituendis.*

§ DECIMVSQVARTVS.

An statutum superioris, quo cauetur, vt subditi ad nulla alia molendina, quàm superioris vadant, pro molendo frumento suo, valeat respectu subditorum?

SVMMARIA.

1. Statutum ne subditi ad aliud, quàm superioris molendinum vadant, non valet. ampliatur ibid num. 2. 4. 8. 10. 11. 45. 46. limitatur ibid. num. 47. & num. 94.

3. Statutum in certa & particularis persona præiudicium condi non potest.

5. Statutum generalibus ac indefinitis verbis conceptum, si præiudicium tantùm certarum personarum respiciat, non valet.

6. Dispoß-

6. Dispositio certis tantum personis conueniens pro expressa & [illegible] personis habetur.

7. Effectus potius, quàm verba cuiusque dispositionis attendenda.

9. Ecclesiæ & Clerici alique in loco domicilium habentes vt ci[illegible] reputantur.

11. à Statuto molendinum coactiuum imponente appellari [illegible]

12. Statutum molendini coactiui per viam querelæ impugnari [illegible]

13. Statutum de molendino coactiuo per viam exceptionem de[illegible]i potest.

14. Sententia iudicis lapso decennio res iudicata efficitur.

15. Sententia legis iniqua nunquam transit in rem iudicatam.

16. Statutum molendini coactiui an sit ipso iure nullum?

17. Statutum molendini coactiui tàm diu ratum est, donec re[illegible]

18. Statutum molendi coactiui per modum querelæ intra an[illegible] impugnare licet. declaratur ibid.n. 19. & 21.

20. Statutum molendini coactiui propter publicum commodum [illegible] annos impugnari potest.

21. Statutum sine debita solemnitate, vel ab eo, qui contra ius [illegible] statuta nequit, conditum est ipso iure nullum.

22. Statutum, ipso iure nullum, lapsu vnius anni confirmari [illegible]

23. Statutum molendini prohibitiui, quamvis inutiliter fa[illegible]m obtemperatione conualidatur.

24. Nullitas contra sententiam regulariter non nisi 30. annis [illegible]

25. Exceptiones regulariter perpetuæ sunt, nec vllo tempore [illegible]

26. Exceptio contra statutum molendini coactiui, quàm diu du[illegible] & [illegible] seqq.

29. Statutum

29 Statutum molendini coactiui & querelam & exceptionem simul aduersus se competentem habet.

30. Exceptio competens, simul cum actione ad eundem finem, eodem modo, cum actione, praescribitur.

31. Muneribus vel oneribus iniquis grauatus indistincte non nisi intra annum queri potest.

32 Annus querendi contra statutum molendini coactiui utilis est, nec currit ignoranti vel impedito.

33. Annalis praescriptio statuti, de molendino coactiuo, currit, licet statuens sit in mala fide.

34. Praescriptio annalis currit, etiamsi praescribens in mala fide sit.

35. Praescriptio annalis non rumpitur per citationem.

36. Praescriptio annalis non rumpitur per contradictionem extraiudicialem.

37. Praescriptio annalis rumpitur litis contestatione, vel quasi litis contestatione.

38. Quasi litis contestatio inducitur supplicatione Imperatori porrecta, & impetrato rescripto, eoq; aduersario insinuato.

39 Litis contestatione, vel quasi, actio perpetuatur.

40. Litis contestatio, vel quasi, perpetuat actionem, etiam negligentia actoris interueniente.

41. Litis contestatio non perpetuat actionem, quando nulla est.

42 Litis contestatio coram arbitratore facta, non perpetuat actionem.

43. Litis contestatio coram incompetente iudice facta non perpetuat actionem.

44. Statutum iniquum quatenus non noceat ei qui ipsi statuto contradixit?

48. Statutum molendini coactiui vtilitatis publicae, vel necessitatis causa factum, valet. fallit ibid. num 54. 55. 56

49. Statutum, ob vtilitatem vel necessitatem publicam etiam in praiudicium singulorum condi potest.

50. in Statu

50. *In Statuto ob vtilitatem vel necessitatem publicam condendo non est necessarius consensus omnium ciuium, sed maioris partis tantum.*

51. *Statutum molendini coactiui, ob vtilitatem vel necessitatem publicam etiam ab ijs, qui contra ius commune statuere nequeunt, fieri potest.*

52. *Statuta, ob publicam vtilitatem vel necessitatem condere contra ius commune possunt, qui alioquin contra commune ius nil queunt.*

53. *Statutum vtilitatis publicae non statuentis, sed totius reipublicae commodum respicere debet.*

66. *Damnum cuique, quod ei, ob publicam vtilitatem statuto facto, infertur, resarciendum est.*

57. *Magistratus superiorem recognoscens, statutum contra ius, ex vtilitate vel necessitate publica, condere potest.*

58. *Magistratus superiorem recognoscens, simpliciter statutum contra ius commune condens, non praesumitur id ob vtilitatem vel necessitatem publicam condidisse, nisi hoc expresserit in statuto, ibid. num. 59.*

60. *Actum quem sine causa gerere, priuatus, qui non potest, eius assertioni non creditur, ne si assertio ista iurata sit. ibid num. 61.*

62. *Causa in magistratu praesumitur, cum exprimitur, etiam in eo, qui actum sine causa expedire non posset.*

63. *Causa publicae vtilitatis in magistratu praesumitur, si in statuto exprimatur, alias non ib. num. 64.*

65. *Generalis asseueratio causae, in eo qui sine causa expedire actum nequit, nudo colore facta videtur.*

66. *Generalis assertio obscura & incerta est.*

67. *Dubia, obscura verba, in graue praeiudicium alterius nihil operantur.*

68. *Meritorum assertio generalis nihil operatur: vbi actus sine meritis expediri nequit. ibid. num 69.*

70. *Causa assertio generalis in statuto molendini coactiui, nullam fidem meretur fallit si coniecturis adiuuetur.*

73. Marito dicenti se fundum emisse nomine vxoris eiusq; pecuniâ, creditur, si coniecturis iuuetur.

74. Patris confeßio de pecunijs filij acceptis probat, si coniecturis iuuetur.

75. Meritorum assertio à marito erga vxorem facta fidem meretur, si sunt coniecturæ.

76. Marito qui fundum vxori vendidit, dicenti precium sibi ab ea numeratum, creditur, si coniecturis iuuetur.

77. Confeßio mariti de dote recepta valet accedentibus coniecturis.

78. Dos confessata habet priuilegia dotis numeratæ, vbi præsumtionibus subleuatur.

79. Dos confessata non habet priuilegia dotis.

80. Confeßio sine causa non valet.

81. Confeßio sine causa valet, cum coniecturis nititur.

82. Confeßio vxoris, constante matrimonio, in fauorem mariti facta, fidem plenam meretur si alijs iuncta coniecturis est.

83. Ecclesia ex mutuo obligatur, confeßione prælati, cum illa confeßio à probabilibus coniecturis auxilium habet.

84. Meritorum filij assertio paterna in donatione facta probat plenè, si coniecturarum habet subsidia.

85. Donatio propter merita non reuocatur superuenientia liberorum, si assertio meritorum coniecturis iuuatur.

86. Testis dictum, qui deponit in iudicio contrarium eius, quod ante iniuratus dixerat, præfertur iuratum.

87. Testis dictum iniuratum extra iudiciale coniecturis adiutum præfertur iurato, & num. 88.

89. Statuti de molendino coactiuo generalis assertio, quòd ob vtilitatem aut neceßitatem publicam factum sit, plenè probat, si adminicula habeat præsumtionum. fallit vbi euidentia facti contrarium docet ibid. num. 90. 91. 92.

93. Præsumtio, quæ ex assertione Imperatoris, Papæ, vel alterius superiorem non recognoscentis, descendit, admittit probationem contrarij, cum de præiudicio tertij agitur.

95. Statu-

95. *Statutum respiciens singularium personarum praeiudicium, valet, si ab omnibus subditis est factum.*

96. *Volenti neq; dolus, neq; iniuria, neq; grauamen infertur.*

97. *Renunciare iuri suo quilibet potest.*

98. *Consentiens actui, renunciat iuri suo, quo illum actum inpugnare potuit.*

99. *Omnes è populo consentire oportet non partem maiorem, vbi omnibus praeiudicatur.*

100. *Statutum singularium personarum praeiudicium respiciens, omnium consensum requirit, cum non statuitur, ex causa publicae vtilitatis vel necessitatis.*

IVXTA † praedicta quaeritur, vtrum valeat statutum superioris quo cauetur, vt subditi ad nulla alia molendina, quàm molendina superioris pro molendo frumentum accedere possint? 1

De qua quaestione licet Doctores nostri variè disputent, *Bal. inter consilia Petri de Ancharani consil.* 11. *Bald. consil.* 109. *incip. & videtur lib.* 1. *consil* 162. *lib.* 2. *& cons.* 57. *lib.* 3. *Ang. cons.* 206. *Signoral. de Homo deis inter consilia Bal. cons.* 56. *lib.* 3. *Caledrinus inter consilia Pet. de Ancharani consil.* 12. *Calder. cons.* 21. *Rub. de constitutionib. Collegium Iurisconsultorum Bononiensium inter cons. Pet. de Anchar. cons.* 13. *Alber. de Ros. tertia par. statutorum q.* 2. *Pet. de Ancharani consil.* 115 *& consil.* 298. *Petr. de Ancharani in c. Canonum statuta in* 11. *q. prin. extra de constitut. Alex. cons.* 211. *num.* 10. *lib.* 2. *And. Barbat. rub. num.* 14. *extra de reb. Ecclesiae non alienand. Socin. cons.* 272. *lib.* 2. *Felin. c. cum omnes num.* 5. *extra de constitut. Iacob. de S. Georgio in tract. feu. verbo & cum molendinis num.* 3. *Ias. l.* 1. *ff. de legib. Ias. l. ciuitas ff. si certum petatur Ias. l. quominus num.* 155. *vsq; ad num.* 158 *ff. de fluminib. Nicol. Boer. decis.*

125. Aymo Crauetta in tractat. de antiqui. temp. 4. par. §. circa præmissa num. 1. vsq. ad num. 35.

Ego tamen in hac quæstione concludo, primò, tale statutum in præiudicium subditorum molendina habentium non esse ratum. *Petrus de Anchar. consil. 297. Soc. consil. 272. l. 2. Boer decis. 125. Aymon Crauet. d. §. circa præmissa num. 22.*

2 Quod † absq; omni dubio procedit, quando hoc statutum in certæ atque particularis personæ præiudicium factum est, namq; † tale statutum condi non potest *l. priuatus ff. qui à quibus l. si constat ff. de appellat. l. 1. §. solet ff. quando appellandum sit l. 1. & ibi gl. ff. de excep. doli l. toties & ibi Bar. ff. de pollicitationib. l. qui grauatos C. de censib. lib. 11. c. cum omnes & ibi Felin. Abb. & Dec. ext. de constit. Bar. l. omnes populi 5. q. prin. ff. de iustit. & iure Bar. l. Antiochensinus ff. priuileg. cred. Bart. l. fin. col. 1. ff. de appellat. recip. Bal. Ias. & Claudius de Seisellis l. 1. arg. ill. tex. ff. de legib. Bal. l. 1. §. quib. in prima constitutione Coditis Bal. l. iudicib. C. de appellat. Bal. l. quisq. §. quorum appellat. non recipiuntur Abb. & Dec. c. consuluit el. 3. extra de appellat. Alex. consil. 190. num. 14. lib. 2. Iason consil. 161. in fine lib. 1. Decius consil. 335. col. 2. Fran. Ripa lib. 1. responsorum, Cap. 22. Ias. l. ciuitas num. 10. ff. si cer. petatur.*

3

4 Secundò, † hæc conclusio ampliatur vt procedat, etiamsi hoc statutum verbis generalibus conceptum fuerit. Namque cum hoc statutum etiam verbis generalibus siue indefinitis conceptum perinde tantum singularium atque particularium personarum illorum nempe subditorum, qui molendina habent præiudicium respiciat, atque si hoc statutum in præiudicium illorum specialiter & expressum factum fuisset, sequitur

sequitur hoc statutum perinde non valere, atque si hoc statutum specialiter & nominatim in præiudicium singularium siue particularium personarum conditum fuisset *Pet. de Anchar. consil. 298. Socin. consil. 272. lib. 2. Nicol. Boer. decis. 125.*

5 Tum † quia statutum etiam verbis generalibus siue indefinitis conceptum si illud tantum præiudicium certarum personarum respiciat, perinde non valet atq; si hoc statutum expresse & nominatim in præiudicium illarum certarum personarum conditum fuisset *Bal. l. omnes populi quæst. 5. prin. ff. de iustit. & iure. Bar. l. fin. col. 1. ff. appellat. recip. Bal. & l. iudicibus C. de appellat. Bal. l. quisquis C. quorum appellat. non recip. Bal c. cum ordinem num. 30. extra de rescrip. Abb. Rubric. extra de constitut. Abb. & Dec. c. consuluit el. 3. extra de appellat. Felin. c. cum omnes num. 5. extra de constitut. Iason l. 1. ff. de legib. Iason. d. l. ciuitas num. 10.*

6 Tum † quia dispositio quæ certis tantum personis conuenire potest, perinde habetur atq; si de illis personis, in ista dispositione expressa & specialis mentio facta fuisset. *§. nominatim Instit. de exhæred. liber. l. 2. & ibi Iason l. Titius in prin & ibi Ias. ff. de lib. & posth. l. si domino & ibi Bar. ff. de legat. 1. l. si optio & l. si tibi §. 1. ff. de optionib. legat. l. fundus qui locatus ff. de fundo extructo c. ex parte el. 1. & ibi Abb. extra de offic. de leg.*

7 Tum † quia cuiuslibet dispositionis, non tàm verba, quàm effectus considerandus est. *l. cum pater §. donationis ff. de legat. 2. l. 4. §. nunc de effectu & l. si quis rerum in prin & §. 1. ff. ac lib. legat. l. cum dotem ff. ad l. Falcidiam.*

8 Tertiò † hæc conclusio ampliatur, vt procedat, etiam quoad Ecclesias, clericos siue Ecclesiasticas personas

ſonas in aliquo loco domicilium habentes. Namq; nec in illorum præiudicium tale ſtatutum fieri poteſt, ab illo qui in iſto loco iuriſdictionem habet, *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. §. circa præmiſſa num. 23.*

9 Eccleſiæ † enim in aliquo loco exiſtentes, nec non & Clerici ſiue Eccleſiaſticæ perſonæ in aliquo loco domicilium habentes, vt ciues, non autem vt forenſes ſiue extranei reputantur, cum ipſi onera ſpiritualia ſuſtineant. *Bar. l. num. 11. vſq. ad nu. 15. ff. ad municip. Bal. c. 1. num. 5. de mil. Vaſallo qui arma bellica depoſuit. Pet. de Anchar. conſil. 61. Alex. conſ. 41. nu. 3. lib. 7. Dec. conſ. 114. nu. 1. arg. l. nulla ff. de legibus l. pen. ff. de ſenatorib. l. falſa §. 1. ff. condit. & demonſtrat. l. filij §. ſenatores ff. ad municipales l. quod fauore C. de legib. c. dilecti. extra de foro competent: Facit id quod tradit Iaſ. l. fin. num. 30. C. de S.S. Eccleſiis Dec. c. Eccleſia S. Mariæ nu. 53. extra de conſtitut.*

10 Quartò † hæc Concluſio ampliatur vt procedat non tantum eo caſu, quando ſtatutum ſimpliciter prohibet ſubditis pro molendo frumentum ad aliud molendinum quam ſuperioris accedere, ſed etiam quando per ſtatutum vel certa pœna irrogatur vel certum onus iniungitur accedentibus ad aliud molendinum. *Pet. de Ancharano conſ. 208. arg. l. Seius & Augerius & ibi Bar. & Alex. ff. ad L. Falcid. Bal. c. venientes extra de iureiur. Felin. c. 1. nu. 13. ext. de ſponſalib. Dec. d. c. Eccleſia S. Mariæ nu. 34.*

11 Quintò † hæc concluſio extenditur, vt ſubditi non tantum vltra tempus legitimum ad appellationem interponendam præſcriptum, ab hoc ſtatuto appellare poſsint, *l. 2. §. exactis ff. de origine iuris l. 1. §. ſolent & §. ſi quis tutor ff. quando appella. ſit c. concertationi de appellat. lib. 6. Bar. l. omnes populi num. 53. ff. de iuſtit. & iure Bar. l. fin. nu.*

fin. num. 23. ff. de appellat. recip. Bar. l. ambitiosa num. 31. ff. de decret. ab. ord. facien. Bal. l. iudicibus C. de appellat. Bal. l. quisquis C. quorum appellat. non recip. Abb. c. cum omnes nu. 2. & ibi Decius num. 5. extra de constitut. Abb. c. consuluit el. 3. & ibi Dec. extra de appellat. Alex. cons. 190. num. 13. lib. 2. Iason l. ff. de legib. Ias. l. 1. in prin. nu. 5. & ibi Dec. num. 16. ff. quod quisq; iuris, facit id quod tradit Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verbo & cum venationib. nu. 2. Fran. Balb. in tractat. de praescrip. 4. par. 5. par. prin. quaest. 5. num. 4. Thomas Gram. decis. 67. num. 14.

Sed † etiam hoc tempore elapso, se contra hoc 12
statutum, & per viam querele? *Bar l. ambitiosa num. 31. ff de decret. ab ord. faciend. Abb. c. cum omnes num. 2. & ibi Felin. num. 3. & 4. & Dec. num. 5. extra de constit. Dec. l. 1. in prin. num 16. ff. quod quisq; iuris arg. l. 1. & l. qui grauatos C. de censib. lib. 11. c. concertationi de appellat. lib. 6. Dec. c. cum sit Romana in prin. extra eodem Tit.* Et † per exceptio- 13
onem doli mali tueri possint *Bar. l. omnes populi num. 53. ff. de iustit. & iure Bar. l. fin. num. 3. ff. de appellat. recip. Bal. l. quisq; C. quorum appellat. non recipiuntur Felin. c. cum omnes num. 5. extra de constitut. Ias. l. 1. num. 4. ff. de legib. Ias. l. ciuitas num. 10. ff. si cert. Pet. arg. l. 1. §. fin. ff. de except.*

Namq; † licet sententia iudicis elapso decennio 14
transeat in rem iudicatam, sententia † tamen legis ini- 15
qua nunquam transit in rem iudicatam *Bal. l. vnica §. similiq; modo C. de caduc to lend. Felin. cum omnes num. 4. & ibi Dec. num. 5. extra de constit. Ias. l. 1. in pr. num. 5. & ibi Dec. nu. 16. ff. quod quisq; iuris Dec. c. consuluit el. 1. num. 6. extra appellat.* cum † tamen hoc statutum licet praeiudi- 16
cium particularium personarum respiciat, non sit ipso iure.

iure nullum, prout aliqui Doctores, sed malè, tradidère, *Bal. d. c. cum omnes nu. 1. & ibi Abb. nu. 2. & Carol. Mol.*
17 *in add. ad Decium extra de constitut. Bal. l. 1. ff. de legib.* Sed † * secundum communem * atq; receptam Doctorib. sententiam illud statutum eò vsq; ratum sit, donec illud statutum legitimè rescissum fuerit. *Ang. Paul. de Cast. Alex. Ias. Dec. & Curt. iunior l. 2. arg. ill. tex. ff. quod quisq; iuris Pet. de Anch. & Im. c. fin. extra quæ fiunt à maiori parte cap. Felin. c. cum omnes nu. 4. & ibi Dec. nu. 4. extra de constitut. Ioh. Crocus repet. l. omnes populi col. 15. & ibi Alex. in addit. ad Bart. nu. 53. ff. de iustit. & iure Ias. l. 1. in pr. nu. 5. & ibi Dec. nu. 14. arg. ill. tex. ff. quod quisq; iuris Dec. c. consuluit el. 3. nu. 6. ext. de appell. Dec. cons. 37. facit tex. l. qui grauatos. C. de censib. lib. 11. c. non firmatur & ibi Dyn. de reg. iur. lib. 6. l. si quis cum aliter in prin. ff. verb. obligat. l. 1. §. fin. ff. de excep. doli gl. & Bar. l. elegant er in prin. ff. de dolo.*

18 Non † semper tamen sed vsq; ad annum tantum hoc statutum per modum querelæ impugnare permittitur, postea verò is, qui hoc statutum impugnare vult, non auditur: *Bar. d. l. ambitiosa nu. 31. ff. de decret. ab ord. faciend. Dec. d. c. cum omnes num. 5. Dec. d. c. consuluit nu. 6. Dec. l. 1. in prin. nu. 76. ff. quod quisq; iuris Ioh. Baptista de S. Seuerino repet. l. omnes populi num. 68. vers. oritur mihi ff. de iustit. & iure arg. l. qui grauatos C. de censib. Romanus l. prætor ait. §. fin. & ibi Ias. num. 13. ff. de oper. noui nunciat. Felin. c. cum accessissent ex. de constit. & c. quia indicante n. 1. ext. de præscript. Ias. l. fin. nu. 59. constitut. principum Fran. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 4. par. prin. q. 30. num 6. vsq; ad num.* 11. Licet in hoc contrarium, sed malè teneat *Carol. Mol. in addit. ad Decium d. c. cum omnes nu. 5. extra de constitut.*

Hoc ta-

Hoc tamen † ita demum procedit, quando quis, 19
propter priuatum ſuum commodum, contra prædi-
ctum ſtatutum, vt iniquum, querelam inſtituere vult.
Secus † autem eſt, ſi quis propter publicum commo- 20
dum, in modum querelæ petere velit, vt prædictum ſta-
tutum retractetur: Tunc enim hoc vſq; ad viginti an-
nos facere permiſſum eſt. *Bar. d. l ambitioſa num. 31. arg. l. in omnib. § 1. ff. de diuerſ. & temporal. præſcrip. l. calculi ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertin.*

Deinde † hæc concluſio ita demum locum habet, 21
quando hoc ſtatutum conditum eſt & interueniente
legitima ſolennitate, & ab eo, qui ſtatuta iuri communi
contraria condere poteſt. Secus † autem eſt, ſi hoc ſta- 22
tutum fuerit conditum vel non interueniente legitima
ſolennitate, vel ab eo qui contra ius commune ſtatu-
tum condere nequit: Tunc † enim quia hoc ſtatutum 23
ipſo iure nullum eſt. *Socin. conſ. 272. lib. 2. arg l. fin. ff. de iurisd. omnium iud. l. ſi conſtat ff. de appellat. l nolle & ibi Bal. ff. acquir. hæred. l. ſi genero C. de iure dot. l. cum te C donat. ante nup. c. cum ſuper & ibi Dec. extra de offic. de legat. c. ad hæc el. 1. extra de appellat. c. ſuper præordinata extra de præbend. Bal. l. 1. ff. de ll. Bal. l. cum teſtamentum C. de iuris & facti ignor: Bald. l. omne verbum col. 2. C. communia de legat* illud † lapſu vnius anni confirmari nequit. *d. l.* 24
pen. ff. de reg. iur. c. non firmatur & ibi Dyn. de reg. iur. l. 6.

Si tamen † ſubditi huic prohibitioni, per ſtatutum 25
inutile factum, vltra 30. annos obtemperauerint, Ego
credo ſuperiorem ratione huius prohibitionis in ſtatuto inutili factæ & patientiæ ſubſecutæ cum curſu longiſſimi temporis triginta annorum nempe, præſcribere hoc ius ne ſubditi ad aliud quam ſuum molendinum accedere

cedere possint. *arg. eius quod tradit Iacob. de S. Georgio. in tract. feud. verbo & cum venationibus num. 2. Fran. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 5. par. prin. 5. q. num. 4. Thomas Grammat. decis. 67. n. 13.*

26 Quæ † sententia etiam ex eo comprobatur, quòd iuri dicendi nullum contra sententiam competenti regulariter non nisi triginta annis præscribatur. *Bald. lege data opera col. antepen. C. qui accu. non poss. Salicet lege si vt proponis la. 2. C. quomodo & quando iudex Ang. lege sicut arg. gl. ibidem C. de præscript. 30. annorum Alex. cons. 59. num. 15. lib. 4. Fran. Balb. in tract. de præs. 4. pars. 5. par. prin. q. 32.*

27 Et cum † exceptiones regulariter perpetuæ sint nec vllius temporis cursu vel exceptione expirent. *l. pure §. fi. ff. excep. doli l. licet & ibi gl. C. de excep. Abb. Felin. & Dec. ac Doctores c. si autem extra de rescrip. Fran. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 4. par. prin. q. 37.*

28 Videtur † dicendum & hanc exceptionem doli mali, quæ competit contra prædictum statutum, semper competere, nec vllius temporis præscriptione euanescere, *sicut hoc expresse tenet Felin. c. cum omnes num. 5. extra de const. Ias. l. 1. num. 4. ff. de legibus.*

29 Huic tamen † decisioni obstat primò idquod ei, qui per prædictum statutum grauatus est, contra hoc statutum simul competit & annalis actio & exceptio,
30 quodque † illi exceptioni quæ alicui simul & semel competit ad eundem finem ad quem ipsi actio datur, præscribatur eodem modo, quomodo actioni ad hunc finem competenti præscribitur. *l. Papinianus §. si filius ff. in off. testament. l. nam & post ea §. si minor ff.*

Ales. in-

Authenti. a hanc querelam C. de non num. pecun. Bar. l. 2. in prin. ff. except. Abb. & Felin d. c. si autem extra de rescript.

Secundò † contra hanc decisionem adduci potest 31
id, quod Doctores nostri sentiunt, eum qui iniquis oneribus, muneribus, vel tributis publicis grauatus est, de hoc grauamine indistinctè non nisi intra annum conqueri posse. *Bar. l. forma. §. fin. ff. de censib. Roman. d. l. prætor ait §. fin. & ibi Ias. l. fin. num. 59. ff. de constitut. prin. Fran. Balb. in tract. de præscrip. 4. par. 4. par. princ. q. 38.*

Porrò † annotandum est, hunc annum concessum 32
ei, qui de iniquitate statuti querelam mouere vult, vtilem esse, & ignoranti, vel aliter impedito, ipso iure, non currere. *l. qui grauatos C. de censib. lib. 11. facit tex. l. annus ff. de calumniat. l. cum sex. ff. edil. edicto l. 1. ff. de diuers. & temp. præscr.*

Cæterum hæc † annalis præscriptio sicut & † quælibet 33
alia annalis præscriptio, indistinctè currit, licet ipse 34
cuius fauorem hæc præscriptio respicit, sit in mala fide siue sciat hoc statutum iniquum esse. *Host. in summa sua tit. de præscrip. §. quæ res. Abb. c. fin. n. 11. & ibi Felin. num. 21. extra de præscr.*

Deinde † annotandum est hanc annalem præscri- 35
ptionem non ita rumpi per citationem. *Bar. & Bal. l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum fuit* multò † verò minus 36
per contradictionem siue interpellationem extra iudicialem. *l. si alienam & ibi gl. & Bar. ff. de vsu. cap. pro emptore Ias. l. fin. num. 4. & 6. ff. de eo per quem factum fuit Ab. & Felin. c. nihil extra de præscr. Felin. c. illud num. 7. extra eod. tit.*

37 Sed ad † hoc vt hæc annalis præscriptio interrumpatur requiritur contestatio litis vel quasi *Bar. & Bal. l. fin. in prin. ff. de eo per quem factum fuit.* Quæ † quasi litis
38 contestatio inducitur ex hoc quod actor supplicatione Imperatori porrectâ, in hac causa rescriptum impetrauit, idq; aduersario insinuatum fuit. *l. 1. & 2. & ibi Ias. C. quando libellus principi oblatus.*

39 Cæterum † litis contestatione vera vel quasi interueniente, non tantum annalis præscriptio interrumpitur sed actio perpetuatur, id est, ad 40. annos durat *l. 1. & 2. & ibi Ias. C. quan. libel. prin. oblatus gl. l. fin. C. de rem. in integ. restit. gl. l. fin. & ibi Bal. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. Bar. l. fin. num. 12. C. ex quib. caus. maior.* Quod
40 † procedit, etiamsi actor non casu impeditus, sed culpâ vel negligentiâ, post litis contestationem factam, à lite destitit. *gl. & Salicet. l. fin. C. de præscrip. 30. vel 40. an. Imola C. plerumq; extra de rescrip. Fel. C. illud num. 10. extra de præscript. facit id quod tradit gl. l. properandum §. & siquidem verbo iudicij C. de iudic. Bar. & Alex. l. 2. & ibi Ias. num. 19. & Dec. nu. 55. C. de eden. Bar. l. 2. C. de fructib. & lit. expens. Bar. l. 2. ff. iudicatum solui.* Quamuis in hoc contrarium sed malè teneat *gl. c. placuit §. quod si per naturalem verbo interrupta 16. q. 3. Lud. Roman. l. si verum §. de viro 24. fallen. ff. sol. matrimon. Abb. d. c. illud Ias. l. fin. num. 11. ff. de eo per quem.*

41 Quod † tamen fallit primò, quando hæc litis contestatio per se propter vitium aliquod nulla est. *gl. Authentica offeratur & ibi Bar. Bal. arg. ill. tex. C. de litis contestat. Bar. l. accusaturus ff. ad L. Iul. de adult. Bal. l. 2. C. de fruct. & litium expend. arg. l. si pater C. ne in statu defuncti.*

42 Secundò † hoc fallit, si hæc litis contestatio coram arbitratore

arbitratore facta fuerit. *Oldrad. consil. 176. Anton. de But. c. quinta vallis extra de iureiur. Anton. de But. c. super quæstionum in pr. extra de offic. deleg. Bar. l. cum antea num. 7. C. de arbitris Ioh. And. in addit. ad Spec. §. effectus. de litis contestat. Abb. c. illud & ibi Felin. num. 9. extra de præscript. Ias. l. fin. in prin. num. 10. ff. de eo per quem fact. fuit.*

Tertiò † hoc fallit, in litis contestatione coram iudice incompetente facta. *gl. c. placuit §. quod si per naturalem verbo interrupta 16. q. 3. gl. c. ex tuarum. extra de priuileg. gl. c. vt debitis extra de appellat. gl. c. illud extra de præscrip. Ias. l. fin. num. 11. ff. de eo per quem fact. fuit.* 43

Et secundum † prædicta intelligenda est illa doctrina Doctorum, quæ vult statutum iniquum nunquam nocere illi, qui huic statuto contradixit. *Dyn. l. 2. q. 4. C. quæ sit longa consuet. Bar. l. fin. num. 3. ff. de appellat. recip.* 44

Sextò † hæc conclusio extenditur, vt procedat etiamsi illa persona, cuius fauorem hoc statutum respicit, sit Ecclesia vel Ecclesiastica, aut aliàs fauorabilis persona *arg. l. si priuatus ff. qui & à quib. l. impuberi ff. administ. tut. c. ex tenore. extra de foro compet. c. nuper extra donat. inter Vir. & Vxor. Felin. d. c. cum omnes num. 4. extra de constit.* 45

Septimò † hæc conclusio extenditur, vt procedat, etiam quò ad illos subditos, qui post statutum promulgatum noua molendina extruunt. *Nicol. Boer. decis. 123.* 46

Hæc † Conclusio ita ampliata fallit, primò, si hoc statutum fieret ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis: Tunc enim hoc statutum etiam in præiudicium subditorum ratum est. *Bal. cons. 410. incip. quæritur vtrum Dominus lib. 5. Iac. de S. G. in tract. feud. verbo & cum* 47 48

 molen-

molendinis n. 3. Aymo Crauetta in tract. de antq. temp. 4. par. §. circa præmissa num. 3. & 4.

49 Namque † clari iuris est, ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis etiam in singulorum subditorum præiudicium statutum condi posse. *Bal. & Fulgos. l. 1. & ibi Ias. num. 8. ff. de legib. Bald. in repertorio ad Innocentium verbo statutum. quæst. 3. Bal. l. amissione § qui defi[illegible]unt arg. gl. ibidem verbo relegati ff. de capitis diminut. Ang. l. impetrata C. sententiam rescindi non posse Ang. consil. [illegible]2. incip. nobilis miles Dominus Raymundus & cons. 20[illegible] incip. inter ordinamenta. Anton. de But. Im. & Domin. c. cum omnes & ibi Felin. num. 2. extra de constitut. Alexand. cons. 190. lib. 2. Ias. l. ciuitas num. 10. & 11. ff si cert. petatur arg. l. Barbarius & ibi Ias. ff. de offic. prætor. l. item si verberatum §. 1. ff. de rei vend. l. si pendentes §. si quid cloacarum & ibi Bald. ff. de vsufructu lege venditor §. si constat & ibi Bar. ff. communia prædior. lege si quis filio exhæredato §. hi autem omnes ff. de iniusto rup. irrito fa[illegible]o testamento lege Antiochensium ff. de priuileg. cr[illegible]. L. Lucius §. fin. ff. ad municip. lege dam[illegible]o C. de hæreticis lege neque Dorotheam & lege Dactilo C. l b. 10. gl. l. 2. verbo detrahi ff. qui sunt sui vel alieni iuris facit tex. Authentica res quæ & ibi Ias. num. 29. C. communia de legat. c. bonæ el[illegible]. Extra de postulat. prælat. c. ratio nulla & ibi Dec. n. 2. extra de præbend. c. licet extra de regul.*

50 Quod † vsq; adeò verum est, vt eo casu, quando hoc statutum ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis à populo vel ciuitate fit, non omnium ciuium consensus necessariò requiratur, sed sufficiat consensus maioris partis. *Imo; c. fin. col. 22. vers. circa 2. partem extra de consuet.*

fuet. Felin. c. non omnes num. 2. & num. 18. vers. decimo fallit & ibi Dec. num. 6. vers. septimo fallit extra de constitut.

Deinde † vsque adeo hæc conclusio procedit, vt etiam illi, qui alioquin contra ius commune statutum condere nequeunt, ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis statuere possint, vt subditi sui ad nulla alia quàm ipsorum superiorum vel statuentium molendina accedant. *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. §. circa præmissa n. 5. & 6.* 51

Manifesti † enim iuris est, illos, qui alioquin nihil contra ius commune statuere possunt, ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis, contra ius commune statuta condere posse. *Bal. l. omnes populi & ibi Ias. lect. 1. col. fin. & lect. 2. col. 2. ff. de iustit. & Iure Alexand. cons. 106. num. 13. ad num. 14. consil. 190. num. 13. lib. 2. & cons. 124. num. 5. & 6. lib. 4. Alex. l. nemo potest col. 1. & ibi Ias. ff. legat. 1. Felin. c. quod super his num. 4. extra de maior. & ob. Ias. l. 1. num. 2. vsq. ad num. 9. C. de precib. Imp. offer. Ias. l. non solum §. morte col. 20. vers. quinta conclusio. ff. de oper. n. renunciat. Dec. rub. qui admitti arg. l. si hominem & ibi Bar. ff. mandati l. si quis filio exhæredato §. hi autem omnes & ibi Bal. ff. de iniusto rupto & irr. testamento l. pen. ff. ad L. Corneli. de siccar. l. fin. vers. nec tamen C. de modo mulctarum. c. felicis vers. cæterum de poen. lib. 6.* 52

Dum modo † tamen hæc vtilitas respiciat non ipsius statuentis siue superioris personam tantum, sed totius Reipublicæ siue prouinciæ commodum vel emolumentum. *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. part. §. circa præmissa num. 6.* 53

Præter-

54 Præterea † hoc quod dictum est, statutum conditum á superiore ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis, ne subditi pro molendo frumentum ad alterius quam ipsius superioris molendina accedant valere, non procedit quando hoc esset coniunctum cum paruo siue exiguo commodo publico,& cum magno incommodo siue detrimento priuatorum. *Aymo Crauetta in tract. de antiquita. temp. 4. parte §. circa præmissa num. 26. arg. l. 1 §. sunt qui putent ff. ne quid in flumine pub. Ias. l. 1. num. 2. ff. sol. matrim. Dec. c. ratio nulla num. 3. extra de præbend.*

55 Deinde † prædictum statutum cum incommodo atq; præiudicio subditorum fieri non posse traditum est, quando publicis vtilitatibus alio modo quàm cum damno particularium siue singularum personarum consuli potest. *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. §. circa præmissa num. 25. & 26.*

56 Similiter † prædictum statutum ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis in præiudicium subditorum qui molendina habent, fieri non potest, nisi hisce subditis in quorum damnum, detrimentum siue præiudicium prædictum statutum factum est, damnum de publico resarciatur. *Fel. c. cum omnes num. 2. extra constitut. arg. l. item si verberatum §. 1. ff. de rei vend. l. si pendentes §. si quid Cloacarum ff. de vsufructu l. venditor §. si constat ff. communia præd. l. 2. C. quibus ex causis serui pro præmio liber. accip. Alex. cons. 190. num. 2. & 16. l. 2. Felin. c. quæ in Ecclesiarum num. 28. & ibi. Dec. num. 19. extra de constit. Ias. l. Barbarius Philippus num. 36. ff. de offic. prætoris.*

57 Et licet † is, qui superiorem recognoscit, ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis tale statutum condere possit, vt subditi ipsius ad nulla alterius quam sua molendina

lendina pro molendo frumentum accedant; si tamen † is qui superiorem recognoscit tale statutum simpliciter condiderit, non præsumitur ipsum hoc statutum ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis condidisse *Bal. l. si testamentum & ibi Ias. C. de testam. Aymo Crauetta cons. 5. num. 5. & cons. 19. num. 41. lib. 1.* 58

Nisi ipse † superior qui hoc statutum condit in statuto dixerit, se hoc statutum condidisse ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis. Tunc enim præsumitur hoc statutum ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis conditum. *Bar. l. ambitiosa num. 27. & 28. ff. de decret. ab ordin. fact.* 59

Nam licet † assertioni hominis priuati qui actum aliquem absq; causâ certâ explicare non potest, non credatur, si ipse dicat se hac causa motum hunc actum genere. *arg. l. qui testamentum & ibi gl. ff. de probat. l. cum quis decedens §. Titia & ibi Bar. ff. de legat. 3. l. si fortè & ibi Bar. ff. de castr. pecul. gl. Bar. Alex. Ias. Dec. & Doctores l. si donatione C. de collat.* 60

Etiamsi † hæc assertio iureiurando confirmata sit. *Bar. d §. Titia Bar. l. Aurelius §. fin. ff. de liberat. legat. Bal. l. si eum seruum col. 2. ff. si certum petatur Bal. l. 1. col. 5. Vers. ex prædictis C. inoffic. donat. Bald. Authentica si qua mulier col. 2. C. ad S. C. Velleian. Alex. Corn. & Dec. d. l. si donatione Alex. l quod de bonis §. fin. ff. ad L falcid. Alex. cons. 18. lib. 3. Socin. cons. 66. col. 8. lib. 1. Felin. c. si cautio col. 24. Vers. sed est aduertendum extra de fide instrum. Felin. c. sicut col. 14. extra de sentent. & re iud. Ias in præl. feu. col. 27. Vers. iuxta prædicta arg. l. si quis inquilino §. fin. ff. legat. 1.* 61

Magistratui † tamen, qui actum aliquem absq; certa 62

causa explicare non potest, fides adhibetur, si ipse dicat, se hac causa motum, hunc actum explicare. *Bar. d. l. ambitiosa num. 18. Guilhelmus de Cun. Albertus de Rosate & Alexand. l. 1. in princ. & ibi Ias. num. 59. & num. 60. & Dec. num. 69. ff. de officio eius cui mand. est iurisdictio Bald. lege imperium num. 9. ff. de iurisdictione omnium iud. Bal. l. rub. num. 21. extra de officio deleg. Felin. c. pastoralis in princ. num. 5. arg. gl. ibidem verbo exonerare. extra de offic. de lege Aymo Crauetta cons. 135. num. 24. lib. 1. facit tex. l. Diuus ff. de offic. praesidis l. si publicanus §. 1. ff. de publicanis lege 2. ff. de offic. ciuilium iudicum lege fin. C. ad L. Iul. repetund. lege 1. C. de pradijs decur. lib. 10. lege 1. C. de susceptorib. & artarijs lib. 10. c. in praesentia. extra de renunciat. c. prudentiam in prin. extra de offic. deleg. c. post cessionem & ibi Balb. Abb. Felin. & Dec. extra de probat. c. audientiam. Extra de praescrip. gl. l. pacta nouissima C. pact.*

63 Quod † tamen ita demum verum est, si superior in statuto in specie exprimat causam publicae vtilitatis, vel necessitatis, ex qua causa ipse ad condendum hoc statutum motus fuit.

64 Secus † autem est, si ipse solummodo in genere dicat, se hoc statutum ex causa publicae vtilitatis vel necessitatis condidisse: namq; haec generalis affirmatio, meâ quidem sententiâ, hoc casu nihil operatur.

65 Tum † quia haec assertio generalis nudo sermone effusa potiùs ad colorem quàm ex rei veritate statuto adiecta censetur, ideoq; perinde haberi debet atq; si illa in statuto apposita non fuisset. *arg. l. quod venditor & ibi gl ff. de dolo l. sciendum §. de edilit. edicto Oldrad. cons. 5. Bar. l. 1. num. 11. circa fin. ff. de iure codicillor. Bal. l.*

quoties

quoties col. 1. C. de hæred. instit. Tiraq. repet. l. si vnquam in prin. n. 122. C. de reno. donat.

Tum † quia hæc generalis assertio est obscura, ambigua & incerta. *arg. l. cum stichus ff. de solut. l. ita fidei commissum ff. de iure fisci.* 66

Et certi iuris † est, quòd verba obscura, ambigua siue incerta nihil operentur, in his in quibus de graui præiudicio alterius agitur. *arg. lege item exigi ff. de dolo l. de ætate §. nihil ff. de interrogat. action. l. certum in prin. ff. de confessis l. prætor edixit in prin. ff. de iniur.* 67

Tum † quia Doctores nostri in simili tradunt assertionem generalem de meritis in aliquo actu factam nihil operari. *Socin. cons. 295. lib. 2. Tiraq. repetit. l. si vnquam verbo donatione largitus num. 85. C. de reuo. donat.* 68

Præsertim † si ille actus talis sit, qui non nisi ex causa meritorum explicari potuit. *Bald. l. illud col. pen. C. de S. S. Eccles. Bald. l. fin. ff. exer. act. Bald. l. cum pater §. rogo ff. legat. 2. Ang. & Raphael Comensis l. Aquilius ff. de donationib. Florianus l. quæ pater col. 3. ff. famil. hercis. Paul. de Cast. cons. 345. col. 2. lib. 1. Guido Pap. sing. 375. Ias. cons. 154. col. 5. l. 2. & cons. 73. col. fin. lib. 3.* 69

Et † licet generaliter assertioni generali magistratus qui affirmat se ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis condidisse tale statutum, vt subditi sui pro molendo frumentum ad sua & non ad alterius molendina accedant, nulla fides adhibeatur : Tamen † hoc fallit quando hæc assertio aliquibus coniecturis probabilibus adiuuatur. 70 71

Ad quam † sententiam mouendam multis fortissimis rationibus moueor. Et primò † ad hanc senten- 72 73

 tiam

tiam tenendam mouet id, quod Doctores nostri tradunt, licet marito qui emit fundum nomine vxoris non credatur, si ipse dicat se hunc fundum pecunia comparasse, tamen hoc non procedere, eo casu quando ex aliqua verisimili coniectura apparet hunc fundum pecunia vxoris comparatum fuisse *Salicet. in l. mater. C. de rei vindicat. Dec. cons. 463. n. 21. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo donatione largitus. n 100. C. de reuocand. donat. Alexan. cons. 18. n. . lib. 3. Crauet. cons. 40. n. 4. vers. confir . o. &c. Alciat. de præsum. reg. 1. præsumt. 16. n. 4. Menoch. lib. 3. præsum. 29. n. 32.*

74 Secundo † mouet me, quòd etiamsi confessioni patris, se pecuniam à filijs accepisse tanquàm ad eos pertinentem, non stetur, tamen si coniecturæ aliquæ appareant, fidem illa assertio mereatur. *Salicet. d. l. mater. C. de rei vend. Alex. d. cons. 18. num. 4. lib. 3. Dec. cons. 95. col. 2. Hyp. de Ma sil. si g. 6 o. n. 3.*

75 Tertio † hanc sententiam confirmat id, quod traditur, licet assertioni mariti, qui dicit se rem aliquam donasse vxori propter benemerita ipsius, regulariter non credatur, assertioni tamen mariti hoc casu credi, quando cum hac assertione probabiles coniecturæ concurrunt *Dec. cons. 202.*

76 Quartò † ad hanc sententiam probandam facit id, quod traditur, licet maritus qui vxori suæ fundum suum vendidit, non credatur, si ipse dicat sibi precium pro hoc fundo conuentum, ab vxore sua numeratum, marito tamen hoc casu plenam fidem adhiberi, si hæc confessio mariti probabilibus coniecturis vel præsumptionibus adiuuetur. *Bal. cons. 66. lib. 1.*

77 Quintò † licet alioquin confessio mariti, quæ affirmat,

mat. se dotem promissam recepisse, fidem nullam faciat, confessio tamen mariti, qui affirmat, sibi dotem promissam numeratam fuisse, plenè probat, quando cum hac confessione aliæ coniecturæ vel aliæ præsumptiones concurrunt *Raph. Cuman. cons. 31.*

Sextò † hæc opinio suadetur ex eo, quod traditur: 78 dotem confessatam, quæ alioqui † non habet priuilegia 79 dotis datæ: *gl. l. assi 'uis C. qui potiores in pig hab.* eadem priuilegia habere quæ habet dos data, quando hæc confessio dotis aliquibus probabilibus coniecturis adiuuatur. *Bal. l. 1. col. 3. C de priuileg. dot. Abb. cons. 73. num. 5. lib. 2. Fran. Aret. l. 1. col. 5. ff soluto matrim.*

Septimò † pro hac opinione facit id, quod traditur: 80 licet confessio nuda & sine causa non valeat *l. cum indebito §. fin. ff. de probat. c. si cautio & ibi Abb. & Felin. extra de fide instrum.* Confessionem † tamen nudam & sine 81 causa valere, quando ex quibusdam probabilibus coniecturis causa præsumi potest. *Fran. Aret. l. 1. col. 5. Vers. secundus casus ff. sol. mat.*

Octauò † hanc sententiam confirmat id, quod traditur: 82 Confessionem vxoris constante matrimonio fauore mariti factam quæ alioquin fidem nullam facit, iunctam cum alijs coniecturis plenam probationem inducere. *Bal. cons. 471. l b. 5.*

Nonò † licet Ecclesia non obligetur ex mutuo nisi 83 probetur, & Ecclesiæ pecuniam reuera numeratam & hanc pecuniam in vtilitatem Ecclesiæ versam esse, tamen Ecclesia indistinctè ex mutuo obligatur, si assertio prælati, qui affirmat, & Ecclesiæ pecuniam numeratam, & illam pecuniam in vtilitatem Ecclesiæ conuersam aliquibus probabilibus coniecturis adiuuetur. *Bal. Authentica*

tica hoc ius correct. col. pen. C. de S. S. Ecclesiis.

84 Decimò † dicto patris qui affirmat se filio suo propter ipsius benemerita rem aliquam donâsse, cui alioquin fides nulla adhibetur, plenè creditur, quando cum hoc dicto aliæ præsumptiones vel coniecturæ concurrunt. *Guido Papa l. si voluntate C. de rescind. vendit.*

85 Vndecimò † licet is, qui donat alteri, vel omnia bona sua, vel partem bonorum, vel rem aliquam singularem, non prohibeatur hanc donationem propter liberos postea susceptos retractare, etiamsi ipse in donatione generaliter vel indefinitè dixerit, se hæc bona vel omnia vel partem illorum vel etiam rem singularem donâsse propter benemerita donatarij: tamen hoc non procederet eo casu quando hæc affirmatio donatoris aliquibus probabilibus coniecturis adiuuatur: *Tiraq. rep. l. si vnquam verb. donatione largitus. num. 88. C. de reuo. donat.*

86 Duodecimò † licet quando vnus idemq; testis in iudicio iuratus contrarium deponit illi quod ipse antea non iuratus extra iudicium dixerat, depositio illius iurata præferatur dicto illius non iurato: *secundum communem* * *Doctorum sententiam. Bal. & Abb. c. per tunc extra de probation. Bald. l. nullum num. 1. C. de testibus Balb. c. 1. §. si enim quid sit inuest. Bald c. 1. §. non debet, de notu feudorum Ang. & Imo l. eos. ff. ad L. Cornel. de fals. Iohan. Andr. c. non est, de reg. iur. lib. 6. Florianus l. qui fals. ff. de testibus Ioh. de Anania c. inquisitioni §. tertiæ. extra de accusat. pract. Pap. in forma oppositionis contra testes verbo ac etiam varij num. 42. Alex. cons. 222. num. 13. lib. 2. Felin. c. cum in tua num. 8. extra de testib.*

Tamen

Tamen † dictum testis non iuratum & extra iudiciale indistinctè præfertur depositioni eiusdem & iudiciariæ & iuratæ quando dictum non iuratum testis aliquibus coniecturis vel præsumptionibus adiuuatur. *Bal. c. literis num. 4. & ibi Abb. num. 2. & Felin. num. 1. arg. ill. tex. extra de præsumpt. Felin. d. c. cum in tua num. 8.* 87

Et † ita multi Doctores volunt intelligendam & restringendam esse doctrinam illorum Doctorum, qui tradunt si testis iuratus contrarium deponat illi, quod ipse prius non iuratus extra iudicium dixerat, depositionem illius iuratam fidem non facere. *Bar. d. l. eos ff. ad L. Cornel. de fals. Anton. de But. d. c. cum in tua extra de testib. Abb. c. inquisitioni §. tertia. extra de accusat. pet. de Anchar. Clem. 2. de testib. Card. Florent. c. per tuas, extra probat. Corn. consl. 170. n. 15. lib. 3.* 88

Et sic † per prædictas rationes concludo, licet dictum vel assertio magistratus qui generaliter & indefinitè affirmat, se ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis condidisse tale statutum, vt subditi ad nullius alterius quàm ipsius statuentis molendina accedant, nullam præsumptionem inducat, hoc statutũ ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis conditum fuisse, hoc tamen non procedere illo casu, quando hæc affirmatio generalis aliquibus probabilibus coniecturis vel præsumptionibus adiuuatur. Porrò † hoc quod dictum est, in certis casibus, præsumi magistratum, qui tale statutum condit, vt subditi ipsius ad nullius alterius, quàm ipsius magistratus molendina, pro molendo frumentum accedant, hoc statutum ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis condidisse, non procedit eo casu quando euidentia facti contrarium docet. *Bar. l. ambitiosa n. 28. ff. de dec. ab ordine faciend.* 89 90

Præter-

91 Præterea † hæc præsumptio per aliam præsumptionem fortiorem elidi potest. *arg. l. Diuus & ibi Bar. de integ. restitut. c. literas & ibi Abb. & Felin. extra de praesumpt.*

92 Et † contra eam probatio contraria admitti debet. *Bar. d. l. ambitiosa nu. 28. Felin. c. pastoralis in prin. num. 5. Extra de offic. deleg. arg. l. ab ea parte l. si Chirographum & l. verius ff. de probat. l. fin. in pr. ff. quod met. causa l. nuptura in fin. ff. de iure dot. l. generaliter §. si petitum ff. de fidei commiss. libert. l. siue possidetis C. de probation. c. vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminut. confer.*

93 Namque † certi iuris est, quòd etiam contra illam præsumptionem quæ ex assertione Imperatoris, Papæ, vel alterius superiorem non recognoscentis, descendit, probatio contraria admittatur in illis casibus in quibus de præiudicio tertij agitur. *Aymo Crauetta cons. 135. num. 42. lib. 1.*

94 Secundò † hæc conclusio, quæ vult statutum â superiore conditum, quo cauetur, vt subditi sui ad nulla alterius, quàm ipsius statuentis molendina tantum pro molendo frumentum accedant, in præiudicium subditorum ratum non esse, non procedit eo casu quando hoc statutum consentientibus omnibus subditis de quorum præiudicio agitur, conditum est.

95 Namque † certi & indubitati iuris est statutum respiciens etiam singularium personarum præiudicium, indistinctè valere, si id statutum consentientibus omnibus subditis factum sit. *Ang. cons. 270. incip. visis & examinatis vers. secundo principaliter Felin. c. cum omnes num. 18. vers. decimo fallit. Extra de constit. Præp. c. ad nostram in fine extra de appellat.*

Tum

Tum † quia volenti & consentienti neque dolus neque iniuria neque grauamen infertur. *l. quamvis & ibi Ias. ff. de in ius vocan. l. in diem ff. de aqua plu. arcenda l. 1. §. non vsq. adeo & ibi Bar. ff. de iniur. l. nemo videtur fraudare & ibi Dec. ff. de reg. iur. l. cum donationis & ibi Ias. C. de transact. l. Venditor C. de rescind. Vend.* 96

Tum † quia cuilibet permissum est, iuri pro se introducto renunciare, *l. pactum inter hæredem & ibi gl. & Doctores ff. de pact. l. si iudex circumuento. ff. de minoribus l. pen. & ibi Bar. Bal. Alex. Ias. Dec. & Doctores C. de pact. l. 2. C. vt in possess. legat. c. ad apostolicum extra de regularibus c. si de terra. ext. de priuileg.* 97

Et certi † iuris est eum qui actui consentit, intelligi renunciasse omni iuri suo, quo hunc actum impugnare potuit. *l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pig. l. non putaui §. si quis sua manu ff. de bonor. possess. contra tab. l. cum quædam. C. de administrat. tutor. c. 1. §. si vero de alien. feudi paterni c. 1. §. Titius, si de feudo def. conten. Ang. & Alex. l. si posthumos §. 1. ff. de liber. & posthumis P. de cast. l. inter cætera ff. eod. Titulo.* 98

Non tamen † hoc casu sufficeret consensus maioris partis populi in præiudicium aliorum non consentientium, sed requiritur vt omnes & singuli subditi, de quorum præiudicio agitur, huic statuto consentiant. 99
Namque † certi iuris est, quod in omni statuto respiciente præiudicium singularium, vel particularium personarum, requiratur consensus omnium illorum, de quorum præiudicio agitur, nec sufficiat consensus maioris partis, eo casu quando statutum hoc non ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis factum est, 100

 Ang.

Ang. consf. 270. Felin. & Dec. d. c. cum omnes pr.ep. d. c. ad nostram in fin. extra de appellat. Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. §. circa praemissa num. 29. arg. l. per fundum ff. seruit. rust. praed. l. in concedendo ff. aq. plu. arc. c. quod omnes & ibi Dyn. de reg. iur.

Et per prædicta sit expedita prima conclusio tradita ad quæstionem hanc.

§ DECIMVSQVINTVS.

In quo dilucidatur quæstio: An statutum superioris, ne subditi extra ditionem eius eant, ad molendina: valeat in praeiudicium exterorum, siue non subditorum laicorum?

SVMMARIA.

1. Statutum molendini coactiui valet respectu non subditorum, & nu. 18 & nu. 28. & nu. 57. eius ratio idid. nu. 10. proponitur. Ampliatur haec decisio n. 58.

2. Statutum, ne quis pro molendo frumento territorium exeat, valet.

3. Statutum, ne quis rem suam extraneo alienet, valet.

4. Statutum, ne subditi vinum, frumentum etc. extra territorium portent, valet.

5. Charitas ordinata incipit à seipso,

6. Charitas ordinata amat se plus in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis.

7. Alpibus ille canit, qui se plus diligit vllum.

8. Dolum non committit qui se plus altero diligit.

9. Statutum ex ordinata charitate ratum est, etiam cum alterius praeiudicio.

ij. Legibus

11. Legibus subditi parere tenentur: quod declaratur ib n.12 &

14. Locorum diuersitas non inducit diuersum ius. 13.

15. In Rebus dispositum, in personis locum habet.

16. Dominus quisq; pro suo arbitrio, de rebus suis disponere potest, etiam cum praeiudicio eius, qui ex illis lucrum percepit.

17. Dominus pro libitu de personis subditis disponere potest, etiã in damnum exterorum.

19. Magistratus habet dominium vniuersale territorij sui.

20. Lucrum, quod alius ex re mea vel occasione rei meae percipit, auferre ego possum, etiamsi priuatus sum.

21. Lucrum, quod alius ex subdito meo percipit, auferre possum.

22. Magistratus & respubl. eodem, quo priuatus iure vtuntur.

23. Magistratus, multis casibus, melioris conditionis priuato.

24. Respubl. multis casibus, melioris conditionis priuato est.

25. Principaliter quod sit, in omni dispositione attendendum, atq; ex eo, de totâ dispositione iudicandum.

26. Actus non principaliter, sed secundariò praeiudicium alteri afferens, pro non praeiudicante habetur.

27. Statutum fauorem statuentium subditorumq; respiciens principaliter, secundariò autem nocens extraneis, pro nemini praeiudicante habetur.

29. Magistratus quilibet subditis, faciliùs, quàm extraneis praeiudicare potest.

30. Imperator alijq; magistratus, pacis causâ vel alterius vtilitatis publicae gratiâ, bona subditorum auferre alijsq; tradere potest, non autem extraneorum ibid. n 31.

32. Priuilegium subdito datum ex causa retractari potest.

33. Priuilegium non subdito concessum non potest reuocari, vlla ex causâ.

34. Dispensare potest Papa in praeiudicium subditi, non in non subditi. ibid. n. 35.

36. Plenitudine potestatis vti Imperator potest quoad subditos, non quoad non subditos ibid. n. 37.

38. Offendi timens ab alio cautionem de non offendendo petere potest, si offendens est subditus. num. 39.

X 2 40. Offendi

40. *Offendi timens à forensi non potest ab eo cautionem de non offendendo petere.*

41. *Causa iusta in omni facto imperatoris præsumitur, in subdito non extraneo ibid. nu. 42.*

43. *Obiectiones ad hanc quæstionem. & num. 525. 5.*

44. *Magistratus forensibus, in acquisitis præiudicare nequit, secus in acquirendis. & nu. 45. ratio prioris dicti nu. 46. & seqq.*

47. *Magistratus parentum, subditi filiorum vice sunt.*

48. *Parentes plus iuris habent in bonis filiorum iam quæsitis, quàm extraneorum.*

49. *Magistratus plus iuris habet, in bonis subditorum iam quæsitis, quàm in bonis extraneorum.*

50. *Parentes facilius præiudicare possunt extraneis in lucro acquirendo ex bonis suis, quàm filijs suis.*

51. *Magistratus seu Respubl. facilius præiudicare potest extraneis, quàm subditis, in lucro acquirendo, ex bonis, in quibus magistratus aut respubl. dominium vniuersale vel particulare habet.*

52. *Lex non pro priuato, sed publico commodo conscripta esse debet.*

53. *Statutum quatenus valeat ad priuatum commodum statuentis? & nu. 54.*

56. *Dolo caret quod iure permittente fit.*

58. *Statutum ne subditi extra territorium ad molendum eant, valet in præiudicium laicorum exterorum.*

1 SECVNDO † principaliter concludo prædictum statutum in præiudicium non subditorum
2 valere & ratum esse: Namq; † valet statutum ne quis pro molendo frumentum territorium exeat, quæ sententia multis rationibus comprobatur.

3 Et primò † hanc sententiam probat id quod Doctores nostri communiter concludunt, valere statutum quo cauetur, ne quis rem suam extraneo siue forensi vendat, vel in eum alio titulo alienet. *Bar. l. filiusfamil. §.*

Diui

Diui q. 3. & ibi Ang. Imo. Alex. & Iaſ. lect. 1. nu. 71. & lect. 2. nu. 106. ff. legat. 1. Ioh. And. Pet. de Anchar. Domin. & Phil. Francus c. fin de immunit. Eccleſiæ lib. 6. Bal. Bar. & Salicet. l. dudum arg. ill. tex. C. contrah. emp. Bar. l. ſi in emptione §. 1. & ibi Bal. Sal. & Alex. arg. ill. tex. ff. contrah. emp. Bar. l. in quorum ff. de pignor. Bar. ſi quis ita §. ea lege ff. verb. obligat. Bar. l. vltima C. de actionib. tributorum lib. 10. Bar. l. 2. C. de præd. nouiculariorum lib. 11. Alex. conſil. 103. nu. 6. lib. 1. Corn. conſ. 152. col. 1. lib. 1. Dec. conſ. 661. col. 1. facit tex. l. vnica C. non licere habitã metrocomiæ lib. 11. cum ſimilib. alleg. per Tiraq. in tract. de vtroq. Retr. in præfatione primæ partis num. 98.

Secundò † hanc ſententiam probat id quod Doctores noſtri tradunt, valere ſtatutum quo cauetur ne ſubditi vinum, oleum, frumentum vel aliquid aliud extra territorium portent vel vehant. *Hoſt. Ioh. Andr. Ant. de Butr. & Imo. c. 2. & ibi Felin. nu. 22. ex. de conſtit. Cepolla repet. l. ſi fugitiui nu. 64. vſq. ad nu. 69. C. de ſeruis fugit. arg. l. fin. & ibi Bar. ff. de decret. ab. ord. faciend. l. 1. C. quæ res export. non debeant l. mercatores & ibi Bar. C. de cõmer. & mer.* 4

Tertiò † cum ordinata charitas incipiat à ſeipſo *l. preſes C. de ſeruit. & aqua c. ſi non licet 23. q. 5. Socin. conſ. 11. num. 7. & conſ. 26. n. 2. lib. 1. & conſ. 8. n. 6. lib. 3. Corn. conſ. 282. n. 5. lib. 1. & conſ. 141. n. 7. lib. 2. Iaſ. §. itẽ ſi de dote n. 10. vel 11. Inſtit. de action. Bar. & Alex. l. maritum ff. ſol. matr. Alber. Brun. conſ. 114. n. 423. & conſ. 117. n. 163. Card. Pariſ. conſ. 26. n. 32. lib. 4.* Et plus † amet ſe in vngue pedis, quàm aduerſariũ in vertice capitis. *Bal. con. 312. incip. viſis actis col. 1. lib. 4.* 5 6

Et † alpibus ille canat, qui ſe plus diligit vllum, *Bal. conſil. 299. col. 1. lib. 1.* receptum † eſt, cum 7 8

 qui ſe

qui se plus altero diligit, dolum non intelligi committere, *Paul. de Cast. consil. 192. incip. verba apposita col. 2. lib. 1. Aymo Crauetta consil. 8. num. 16. lib. 1.*

9 Et statutum † ex ordinata charitate factum ratum est, licet illud statutum alterius præiudicium respiciat *Ioh. And. Host. & Anton. de Butri. c. dilecti & ibi Abb. ex. de arbitr. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 9. de pace tenenda. Matth. de Aff. decis. Neapol. 290. Sigism. Neapolit. cons. 25. num. 7. & 8.*

10 Quare † cum hoc statutum quo cauetur, ne quis ad molēdina extra territorium sita vehat, siue portet, ex charitate ordinata factum sit, vt videlicet lucrum quod ex mercede pro mulctura soluenda percipitur, potius applicetur ipsis statuētibus, siue ipsorum subditis quàm extraneis siue forensibus, sequitur hoc statutum indistinctè ratum esse, licet illud respiciat præiudicium non subditorum.

Quartò † hanc sententiam probat, quod legibus
11 expresse cautum est, subditum cogi obedire legibus. *l. 2. ff. de legib. l. leges sacratissimæ C eod.* nec † distinguitur
12 vtrum leges respiciant ea facta, quæ fiunt intra territorium, an verò ea quæ fiunt extra territorium: Igitur † se-
13 quitur subditos indistinctè cogi obtemperare statutis, etiamsi hæc statuta respiciant ea facta, quæ vel fiunt extra territorium, vel quæ tendunt extra territorium, Tum quia statutum generaliter & indefinitè loquens, generaliter & indefinitè intelligendum est *l. de precio ff. de Pub. in rem act. l. 1. ff. legat. præstand.* Tum † quia
14 ex locorum diuersitate diuersum ius iudici non debet. *l. superuacuam C. de temp. in integr. restit. l. fin. de ædific. priuat.*

Quintò

Quintò † hanc sententiam confirmat id, quod legibus expresſè cautum eſt, diſpoſitum de rebus & in perſonis quoque locum habere, *l. qui furere & ibi Alber. de Roſate & Bal. ff. de ſtatu hominum, l. ſi quis inquilinus §. ſi ita legatum ff. de legat. 1.* 15

Quodque † ſimili modo clari iuris eſt, cuilibet licitum atque permiſſum eſſe de rebus ſuis pro libitu ſuo diſponere, etiamſi hoc tendat in præiudicium alterius, qui ex illis rebus lucrum percepit. *l. cum eo ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 1. §. deniq; l. 2. §. pen. l. ſi in meo ff. de aqua plu. arcenda l. Proculus ff. de dam. infecto.* 16

Igitur † ſequitur eodem modo cuilibet licitum 17
atque permiſſum eſſe, pro ſuo libitu diſponere de perſonis ſuis, ſiue ſibi ſubditis, etiamſi hæc diſpoſitio reſpiciat præiudicium perſonarum non ſubditarum: Et † 18
per conſequens ſtatutum, quo cauetur, ne ſubditi pro molendo frumentum, ad molendina extra territorium ſita accedant, ratum eſſe.

Sextò † cum ſicut priuatus habet particulare dominium rei ſuæ: Ita quoque vel magiſtratus ſiue Reſpublica habeat vniuerſale dominium territorij ſui *Bar. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. Bal. Alex. Iaſ. & Deci. l. 1. C. Vnde legitimi.* Atq; † priuato licitum ſit, alteri auferre 20
lucrum, quod ipſe vel ex re ſua vel occaſione rei ſuæ, percipit. *l. 1. §. deniq; ff. de aqua pluu. arcenda l. Proculus ff. de damn. infect.* Sequitur † & magiſtratui ſiue Reipub. quoque permiſſum eſſe, alteri non ſubdito auferre illud lucrum, quod ipſe ex territorio ſuo ſiue occaſione territorij ſui percipit. 19 21

Namque

22 Namque † & magiſtratus & Reſpublica plerumque eodem iure quo priuati vtuntur *l. item veniunt §. in priuatorum iuncta gl. ff. de petit. hæred. l. idem iuris ff. de compenſat. l. 1. C. de petit. hæred. l. de contractu C. de reſcin. Vendit. l. 2. C. de iure Reip. lib. 11.*

23 Imò † & magiſtratus, *arg. l. 2. C. de offic. iudi. ind. c. in præſentia. extra de renunciatione c. poſt ſeſſionem. extra*
24 *de probat.* Et † Reſpublicæ in multis caſibus ſunt melioris conditionis, quàm priuati *l. reſpublica C. ex quibus cauſis maior l. Rempub. C. de iure Reipub. lib. 11.*

25 Vltimò † cum in omnibus diſpoſitionibus id quod principaliter fit & attendendum, & ſecundum illud de tota diſpoſitione iudicandum ſit *l. abſtinendi ff. de in integ. reſtitut. l. ſi quis nec cauſam in prin. & ibi Iaſ. Dec. & Doctores ff. ſi certum petatur l. 1. §. Vnde quærit Offilius ff. de exer. act. l. nauis aduerſa ff. ad L. Rhod. de iactu c. ad quæſtiones. extra de rerum permut.*

26 Receptum † eſt illum actum, qui alteri præiudicium affert, non principaliter, ſed ſecundariò: perinde habendum, atq; ſi ille alteri præiudicium non afferret. *gl. fin. c. quamuis de pact. lib. 6. Iaſon. l. nequicquam §. vbi decretum col. 6. ff. de offic. proconſ. Iaſon. d. l. ſi quis nec cauſam in prin. num. 8. Iaſ. l. decem. ff. verb. oblig. Decem l. ge-*
27 *neraliter col. 3. C. de inſtit. & ſubſt.* Quare † cum prædictum ſtatutum fiat principaliter, in fauorem, ſiue commodum, vel ſtatuentium, vel ſubditorum, ſequitur præiudicium, quod per hoc ſtatutum, inconſequentiam, non ſubditis, ſiue forenſib. infertur, in nulla conſide-

conſideratione habendum, ſed perinde hoc ſtatutum
ratum eſſe, atque ſi illud nullius præiudicium reſpi-
ceret.

Et † ſic per prædicta concludo ſtatutum, quo 28
cauetur, ne ſubditi pro molendo frumentum, ad alia
quàm ipſius ſtatuentis molendina accedant, in præiudi-
cium non ſubditorum ratum eſſe.

Nec † obſtat huic noſtræ deciſioni id quod tradi- 29
tur: quemlibet magiſtratum facilius ſubditis quàm
non ſubditis præiudicare poſſe, ideoque † licet impera- 30
tori alijſque magiſtratibus permittatur cauſa pacis vel
componendæ vel conſeruandæ, vel ob aliam publicam
vtilitatem, bona priuatorum auferre, & alijs concede-
re: Tamen hoc procedit tantum quòad ſubditos Im-
peratoris, aliorumque magiſtratuum vel eorum bona,
Secus † autem eſt quòad non ſubditos: Namque in illis 31
nec Imperator, nec alius quilibet Magiſtratus propter
pacem vel conſeruandam vel faciendam bona auferre
alijſque concedere poteſt. *Paulus de Caſtro conſ. 156. conſ.
216. incip. præſuppoſito & conſil. 281. incip. primum dubium
Felin. c. quæ in Eccleſiarum num. 30. & ibi Dec. num. 24. ex-
tra de conſtitut. Dec. c. nouit. num. 13. extra de iudic.*

Similiter † licet Imperatori permittatur priui- 32
legium datum ſubdito ex cauſa retractare; priuilegium † 33
tamen non ſubdito datum Imperatori ex nulla cau-
ſa ne pacis quidem retractare permittitur. *Innoc. Abb. &
Doctores c. nouit & ibi Felin. num. 9. & Dec. num. 13. extra
de iudic. Archid c. quicunq. 11. q. 1. Archid. c. licet de elect.
lib. 6. Roman. conſil. 252. Abb. conſil. 35. & conſil. 41. lib. 1.*

Lapus allegat. 100. Card. conſ. 85. & conſil. 147. Paul. de Caſt. conſ. 229. & conſ. 317. lib. 1. Abb. c. ſuggeſtum. extra de decimis Alex. conſil. 101. num. 1. lib. 1. conſ. 54. & conſ. fin. lib. 4. Andr. Siculus conſ. 2. lib. 4. Bertrand. conſ. 161. lib. 1. Dec. 1. quæ in Eccleſiarum num. 24. extra de conſtitut. Tiraq. repet. l. ſi vnquam. verbo donatione largitus nu. 13. C. de reuocand. donat.

34 Eodem † modo licet Papæ permiſſum ſit in præ-
35 iudicium ſubditi ſui diſpenſationem facere, in † præiudicium tamen non ſubditi Papæ ex nulla cauſa diſpenſare licet. *Domin. c. licet. canon. de elect. lib. 6. Dec. d. c. nouit num. 13. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ num. 53. extra de conſtitut.*

36 His † adde quod licet Imperatori permittatur
37 abſoluta poteſtate vti quoad ſubditos: in † præiudicium tamen non ſubditorum Imperatori abſoluta poteſtate vti permiſſum non eſſe *Anton. de Butr. & Imper. Clem. paſtoralis de ſenten. & re iud. Anton de Butr. Clem. ne Romani de Elect. Socin. conſil. 164. & conſ. 256. lib. 2. & inter conſilia Alber. Bruni conſil. 7. num. 77. Aymo Crauetta conſ. 7. num. 9. lib. 1.*

38 Eandem † ſententiam confirmat id, quod traditur licet is, qui timet ne ab alio offendatur vel lædatur, poſſit adire magiſtratum & petere, vt aduerſarius ſuus cogatur ſibi præſtare cautionem, de non offendendo. *Bar. l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. præſid.*
39 Tamen † ita demum locum habere, ſi is, à quo quis ſe
40 offēdi timet, ſit ſubditus huius magiſtratus, Nam † ſi non ſit ſubditus huius magiſtratus, tunc magiſtratum cogere non poſſe forenſem ſiue non ſubditum alteri cautionem de

nem de

nem de non offendendo præstare. *Bar. Bal. & Ang. l. sed etsi susceperit §. fin. ff. de iudicijs. Iaf. l. si super possessione nu. 6. C. de transaction. Felin. Rub. nu. 10. extra de treuga & pace.*

Huc † accedit id, quod licet omne factum Imperatoris præsumatur ex iusta atque legitima causa factum, hoc † tamen tantum procedit respectu subditorum, non autem respectu aliorum. *Abb. c. quæ in Ecclesiarum num. 15. & 16. extra de constitut. Abb. c. inter quatuor col. 2. extra de maior. & obedien. Abb. c. ad audientiam col. 2. extra de præscrip. Iason l. si testamentum num. 5. C. de testamentis.* 41 42

Quare † cum statutum, quo cauetur ne subditi ad alterius molendina quàm statuentis tantùm, accedant, in præiudicium subditorum ratum non sit, sicut hoc in præcedenti nostra conclusione §. *14. n. 1. & seqq.* docuimus: multò magis videtur dicendum hoc statutum in præiudicium non subditorum non valere. 43

Tamen ad † hoc contrarium facillimè responderi potest. Namque hoc contrarium procedit tantum in acquisitis, in quibus extraneis siue forensibus præiudicari non potest, Secus † autem est in acquirendis, in quibus quilibet magistratus & quælibet Respublica absque omni dubio forensibus siue extraneis præiudicare potest. *arg. l. nemo §. 1. ff. pro socio l. si sponsus §. si maritus ff. donat. inter vir. & uxor. l. 1. §. vtrum ff. si quid in fraud. patron. l. qui autem in pr. ff. de his quæ in fraud. cred. l. iniuriam §. si quis in honoribus iuncta gl. ff. de iniurijs l. non fraudantur in prin. & ibi Dec. ff. de reg. iur. l. fin. C. acquir. poss. Alex. l. legatum ff. de legat. 1. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ num. 53. extra de constitut. Dec. l. seruus C. de pactis.* 44 45

Lapus allegat. 100. Card. conſ. 85. & conſil. 147. Paul. de Caſt. conſ. 229. & conſ. 317. lib. 1. Abb. c. ſuggeſtum. extra de decimis Alex. conſil. 101. num. 1. lib. 1. conſ. 54. & conſ. fin. lib. 4. Andr. Siculus conſ. 2. lib. 4. Bertrand. conſ. 161. lib. 1. Dec. 1. quæ in Eccleſiarum num. 24. extra de conſtitut. Tiraq. repet. l. ſi vnquam. verbo donatione largitus nu. 13. C. de reuocand. donat.

34 Eodem † modo licet Papæ permiſſum ſit in præ-
35 iudicium ſubditi ſui diſpenſationem facere, in † præiudicium tamen non ſubditi Papæ ex nulla cauſa diſpenſare licet. *Domin. c. licet. canon. de elect. lib. 6. Dec. d. c. nouit num. 13. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ num. 53. extra de conſtitut.*

36 His † adde quod licet Imperatori permittatur
37 abſoluta poteſtate vti quoad ſubditos: in † præiudicium tamen non ſubditorum Imperatori abſoluta poteſtate vti permiſſum non eſſe *Anton. de Butr. & Imper. Clem. paſtoralis de ſenten. & re iud. Anton de Butr. Clem. ne Romani de Elect. Socin. conſil. 164. & conſ. 266. lib. 2. & inter conſilia Alber. Bruni conſil. 7. num. 77. Aymo Crauetta conſ. 7. num. 9. lib. 1.*

38 Eandem † ſententiam confirmat id, quod traditur licet is, qui timet ne ab alio offendatur vel lædatur, poſſit adire magiſtratum & petere, vt aduerſarius ſuus cogatur ſibi præſtare cautionem, de non offendendo. *Bar. l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. præſid.*
39 Tamen † ita demum locum habere, ſi is, à quo quis ſe
40 offẽdi timet, ſit ſubditus huius magiſtratus, Nam † ſi non ſit ſubditus huius magiſtratus, tunc magiſtratum cogere non poſſe forenſem ſiue non ſubditum alteri cautionem de

nem de non offendendo præstare. *Bar. Bal. & Ang. l. sed etsi susceperit §. fin. ff. de iudicijs. Iaſ. l. si super possessione nu. 6. C. de transaction. Felin. Rub. nu. 10. extra de treuga & pace.*

Huc † accedit id, quod licet omne factum Imperatoris præsumatur ex iusta atque legitima causa factum, hoc † tamen tantum procedit respectu subditorum, non autem respectu aliorum. *Abb. c. quæ in Ecclesiarum num. 15. & 16. extra de constitut. Abb. c. inter quatuor col. 2. extra de maior. & obedien. Abb. c. ad audientiam col. 2. extra de præscrip. Iason l. si testamentum num. 5. C. de testamentis.* 41 42

Quare † cum statutum, quo cauetur ne subditi ad alterius molendina quàm statuentis tantùm, accedant, in præiudicium subditorum ratum non sit, sicut hoc in præcedenti nostra conclusione §. 14. n. 1. & seqq. docuimus: multò magis videtur dicendum hoc statutum in præiudicium non subditorum non valere. 43

Tamen ad † hoc contrarium facillimè responderi potest. Namque hoc contrarium procedit tantum in acquisitis, in quibus extraneis siue forensibus præiudicari non potest, Secus † autem est in acquirendis, in quibus quilibet magistratus & quælibet Respublica absque omni dubio forensibus siue extraneis præiudicare potest. *arg. l. nemo §. 1. ff. pro socio l. si sponsus §. si maritus ff. donat. inter vir. & vxor. l. 1. §. vtrum ff. si quid in fraud. patron. l. qui autem in pr. ff. de his quæ in fraud. cred. l. iniuriam §. si quis in honoribus iuncta gl. ff. de iniurijs l. non fraudantur in prin. & ibi Dec. ff. de reg. iur. l. fin. C. acquir. poss. Alex. l. legatum ff. de legat. 1. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ num. 53. extra de constitut. Dec. l. seruus C. de pactis.* 44 45

46 Nec † mirum videri debet, quòd magiſtratus ſiue Respubl. in acquiſitis difficilius forenſibus ſiue extra-
47 neis quàm ſubditis præiudicare poſſit: Nam † cum Magiſtratus parentum, ſubditi verò filiorum vicem obtineant. §. *eos autem Authent. vt iud. ſiue quoquo ſuffragio.*

48 Sequitur † quòd ſicut parentes habent plus iuris in bonis filiorum iam quæſitis, quàm in bonis extraneorum. §. *igitur Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur l. placet ff. acqui. hæred. l. cum oportet C. de bon. quæ liberis.*

49 Ita † quoque & magiſtratum plus iuris habere in bonis ſubditorum jam quæſitis, quàm in bonis extraneorum. *arg. l. illud in pr. ff. ad L. Aquil. l. à Titio in pr. ff. verb. oblig. gl. l. fin. l. ſi quis ſeruo C. de furt.*

50 Et † è conuerſo, ſicut parentes facilius poſſunt præiudicare extraneis in lucro acquirendo ex bonis ſuis, quàm filijs ſuis *arg. l. 1. cum omnibus l. illius Tit. ff. & C. de inoff. teſtamento l. vnica C. de inoffic. don. l. primum itaque Authent. de hæred. & falcid. §. aliud quoq; Auth. vt cum de app. cognoſ.*

51 Ita † quoque & magiſtratum ſiue Rempub. facilius poſſe præiudicare extraneis, quàm ſubditis, in lucro acquirendo, ex bonis in quibus ipſe dominium vel vniuerſale vel particulare habeat. *arg. gl. fin. l. ſi quis ſeruo C. de furtis.*

52 Similiter † non obſtat noſtræ ſententiæ, quod lex pro nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate ciuium debeat eſſe conſcripta. *c. erit diſt. 4.*

53 Quodque † eam ob cauſam dici poſſit, prædictum ſtatutum ratum non eſſe, ſi illud reſpiciat priuatum commodum ſtatuentis.


Namq;

Namq; † ad hoc argumentum respondetur illud procedere quò ad subditos statuentis, secus autem esse, quò ad non subditos, illis enim quò ad lucrum acquirendum indistinctè per statutum præiudicari posse statuo, licet hoc statutum priuatum statuentis commodum respiciat. *l. Proculus ff. de damn. inf.* 54

Eodem † modo non obstat huic nostræ sententiæ, quod hoc statutum videri possit dolosum, iniquum & factum in fraudem non subditorum. Namque † cum hoc statutum iure permittente fiat, illud omni suspicione fraudis & doli caret. *arg. l. 1. §. non fuit ff. de dolo l. iniuriarum §. 1. de iniurijs l. nullus videtur & l. nemo damnum ff. de reg. iur. l. Gracchus C. ad L. Iul. de adulter.* 55 56

Firma † itaq; manet hæc conclusio quod prædictum statutum in præiudicium non subditorum ratum sit. 57

Quod † absque dubio procedit, quò ad præiudicium Laicorum, qui statuentibus subditi non sunt: Namque in illorum præiudicium tale statutum valere dubio caret. *Pet. de Anchar. c. 1. extra de constitut. Alex. consil. 211. num. 11. lib. 2. Aymo Crauetta in tractat. de antiqui. tempor. 4. par. §. circa præmissa num. 27.* Licet in hoc contrarium sed male teneat *Nicol. Boer. Decis. 125.* 58



§ SEXTVSDECIMVS.

Heic explicatur dubium: An statutum superioris, ne subditi extra territorium eius ad molendina eant, valeat in praiudicium Ecclesiarum, siue Ecclesiasticarum personarum?

SVMMARIA.

1. *Negatiua sententia, eiusq; fundamenta. & num. seqq.*

4. *Satutum ne quis rem immobilem in extraneum alienet, in praeiuditium Ecclesiae non valet. declaratur ibid. n 76.77.78.79. 80.*

6. *Statutum, quo Ecclesiae aufertur ius, à iure communi concessum, non valet. & n.33. declaratur. hoc ibid. n. 34.35, 35. & num.83.*

8. *Statuta contrahere cum Ecclesiis prohibentia, non valent. declaratur ibid. nu.84.85.86. 87.*

10. *Clerici superiores ac digniores sunt laicis.*

11. *Statuta inferiorum, non ligant maiores, superiores, aut digniores. declaratur ibid. n.94.*

12. *Statuta condere, iurisdictionis est.*

13. *Laici in clericos nullam habent iurisdictionem.*

14. *Statutum, quo cauetur quod Locatio tacitè reiterata censeatur, nisi contrahentium alter intra tres menses ante finem locationis protestatus fuerit: ad Ecclesiam non extenditur. ibid. n.15. declaratur ibid nu. 99. & seq.*

16. *Primogeniturae statutum non extenditur ad fratrem secundogenitum, qui ante statutum est factus Clericus. declaratur ibid n.104. & n. seqq.*

17. *Statutum, quòd masculis exstantibus foemina non succedant, non pertinet ad moniales ante statutum factas.*

18. *Statutum agnatos cognatis in successione praeferens, an noceat clericis? & n. 109.110. 111. 112. 113.*

20. Munera

20. Munera siue onera rebus imposita antequam in Ecclesiam transirent, manent etiam postea.

21. Munera siue onera Ecclesiasticis rebus imponi nequeunt, posteaquam res in Ecclesiam translatæ sunt.

23. Mariti vel propinquorum consensum in aliquo contractu vel vltima voluntate requirens statutum, non extenditur ad negocia cum Ecclesiis. & n. seqq. declaratur ibid. n. 117. & seqq.

26. Statutum retractus, rei venditæ agnatis vel consortibus concessi, ad Ecclesias emtrices non pertinet. Contrarium verius. ibid. 122. & in respondendo ac iudicando sequendum n. 123.

28. Affirmatiua sententia. & nu. seq. (rendis. & n. 111. 115.

29. Statuto laicorũ præiudicari potest Ecclesiis, in reb. adhuc quæ-

31. Statuta quæ non derogant priuilegijs specialibus Ecclesiarum, nec earum conditionem deteriorem faciunt, rata sunt, etiam in præiudicium Ecclesiarum. & num. 82.

32. Statutum, ne subditi eant extra territorium, non est inhonestum, neq; derogat priuilegijs Ecclesiæ, eiúsve conditionem deteriorem facit. & num. 81.

37. Minoris rei, sine decreto, alienatio etiam in Ecclesiam vel ad pias causas, facta, non valet.

38. Minoris rei in alienatione requisita sollemnitas, etiam in manumissione, & donatione libertatis locum habet.

39. Libertas æquiparatur piæ causæ.

40. Libertas qualibet piâ causâ fauorabilior est.

41. Statuta ad Ecclesiam indistinctè extenduntur quando sunt concepta in rem.

44. Statutum prohibens subditos ad molendina Ecclesiæ non vadere, non valet. & nu. seqq. vsq; ad n. 50. inclusiuè.

45. Statutum quo deterior efficitur conditio Ecclesiasticarum personarum, quam laicorum, non valet.

46. Statutum expressè tantùm de Ecclesijs, siue Ecclesiasticis personis disponens, non valet.

47. Statutum nominatim siue expressè Clericum à successione excludens non valet.

48. Molendina non Ecclesiæ, sed priuata clericorum, non sunt de foro laicorum.

51. Statu-

51. *Statutum prohibens ne subditi eant ad molendina extra territorium, quæ laici ab Ecclesia in feudum, emphyteusin, vel libellum tenent.*

52. *Lex imperialis specialiter quid de feudo, emphyteusi vel libello Ecclesiastico disponit, rata non est.*

53. *Lex imperij faciliùs quàm inferiorum statuta, Ecclesijs præiudicat.*

54. *Maior quod non potest, id multò minùs minor.*

55. *Statutum, ne subditi extra territoriũ vadant ad molendina extra territorium, pertinet etiam ad molendina, quæ laici ab Ecclesia tenent in feudum, emphyteusin vel libellum.*

56. *Statuta laicorum pertinent etiam ad res, quas laici, ab Ecclesia, in feudum, emphyteusin libellúmve tenent.*

57. *Statutum de non eundo ad molendina extra territorium, ad Ecclesiæ molendina pertinet, si exiguum inde in Ecclesiam præiudicium redundat.*

58. *Statutum generale laicorum ad Ecclesias pertinet, quando Ecclesiæ nullum aut paruum ex eo generatur præiudicium.*

59. *Præiudicium modicum an magnum sit, relinquitur arbitrio iudicis.*

60. *Statutum laicorum, ne subditi extra territorium ad molendum eant, ad molendina pertinet etiam ea, quæ sunt in patrimonio clericorum.*

61. *Clerici in bonis patrimonialibus iure laicorum vtuntur, casibus tantum ijs exceptis, qui in iure nominatim expressi sunt.*

62. *Statutum generale ne subditi eant extra territorium ad molendum, si est factum à laicis & clericis, comprehendit etiam molendina clericorum, extra territorium.*

63. *Statuta à laicis & clericis simul condita, etiam clericos indistinctè obligant.*

64. *Statutum, ne subditi extra territorium ad molendum eant, si in rem conceptum est, comprehendit etiam molendina clericorum.*

65. *Statutum generale, quo subditi extra territorium, ad molendum, ire vetantur, si omnes extra territorium sitos æqualiter comprehendit, tunc etiam molendina clericorum extra territorium sita complectitur.*

67. Statutum

67. *Statutum ne masculis exstantibus fœmina succedant, etiam moniales comprehendit.*

68. *In statutis, quo ad effectum, nihil refert, an in rem concepta sint, an in personam.*

69. *Statuta loci, rerum sitarum, in successione, indistinctè attenduntur, siue concepta sint in rem, siue in personam.*

70. *Statutum ne subditi, extra territorium, ad molendum eant, in effectu rem respicit, nempe molendinum extra territorium. & num. 101. 119.*

71. *Lex siue statutum generale etiam ad res siue personas priuilegiatas pertinet, in casibus, quibus illæ non sunt specialiter priuilegiatæ.*

72. *Clerici, quo ad statuta, subditos, extra territorium ad molendum ire, retantia, non sunt specialiter priuilegiati.*

73. *Statutum prohibens cum certo genere personarum contrahere etiam clericos comprehendit.*

74. *De personis dispositum, in rebus quoq; locum habet.*

87. *Intellectus* c. fin. ex. de immunit. eccles. in 6. & n. 92.

88. *Legis verbis cessantibus cessare debet etiam dispositio eius.*

89. *Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

90. *Legis verba vbi deficiunt, etiam legis dispositio deficit.*

91. *Legis dispositio nunquam vltra eius verba extendenda est.*

93. *Interpretari non possumus, dispositionem id disponere, quod non loquitur.*

95. *Superiores aut digniores ligantur statutis etiam inferiorum, quando superiores illi in hos non habent iurisdictionem.*

96. *Ecclesiasticæ personæ quæ nullam in laicos inferiores se, iurisdictionem habent, ligantur statutis laicorum.*

97. *Statuta quæ subditis aliquid imponunt valent etiam in præiudicium non subditorum. & n. 98.*

102. *Statutum res potiùs quàm personas respiciens faciliùs etiam Ecclesiam continet, quàm statutum quod simpliciter personas respicit.*

103. *Ex diuersis, siue diuersam rationem habentibus, non fit illatio.*

Z 104. Filij

104. *Filij viuis parentibus habent probabilem spem, succedendi parentibus.*

105. *Parentum naturale votum est, vt liberi ipsis succedant.*

106. *Liberis, etiam cum parentes viuunt, eorum hæreditas quasi debita est.*

108. *Ecclesia ante statutum alicuius loci, ne subditi illius loci extra territorium ad molendum eant, nullum ius ad subditos illius territorij habent & n. 116.*

112. *Cognati nullum ius, imò ne spem quidem vllam probabilem habent succedendi transuersalibus suis, qui adhuc superstites sunt.*

113. *Statutum agnatos cognatis præferens in successione, etiam ad illos cognatos pertinet, qui ante statutum Clerici effecti sunt.*

120. *Statuta rem, & statuta personam principaliter respicientia maximè differunt.*

121. *Ex diuersis, siue diuersitatis rationem habentibus, non potest argui.*

124. *Statutum, prohibens subditos, extra territorium ad molendum ire ratum est in præiudicium exterorum. fallit hoc quo ad Ecclesias. ibid. num. 125. istaq; fallentia iterum declaratur num. 126. remissiuè.*

1 QVod † præiudicium verò Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum tale statutum non valere Doctores nostri magis communiter *
* concludunt. *Pet. de Anchar. cons. 155. Pet. de Anchar. 1. extra constitut. Alber. de Rosate 2. par. statutorum q. 2. Caspar. Calderin. inter consil. Pet. de Anchar. consil. 12. Collegium Bononiense inter cons. Pet. de Anchar. consil. 13. Abb. repet. c. Ecclesia S. Mariæ num. 31. & ibi Felin. num. 104. & Dec. num. 49. Vers. septimo non valet statutum. Extra de constitut. Alex. cons. 211. num. 10. lib. 2. Socin. consil. 12. lib. 2. Felin. c. cum omnes num. 5. Extra de constitut. Ias. l. 1. ff. de legibus lege ciuitas ff. si certum Pet. Ias. lege quo minus num.*

num. 155. & 156. ff. de flumin. Nicol. Boer. decis. 125.

Non † tantum, si statutum specialiter & nominatim disponat ne quis pro molendo frumentum ad molendina Ecclesiarum vel Clericorum extra territorium sita, accedat, *Bal. inter consil. Pet. de Anchar. consil. 11.* Sed † etiam si statuto generaliter & indefinitè caueatur, ne quis ad molendina extra territorium sita accedat, *sicut hoc expresse tradunt Doctores in locis praeallegatis.* 2 3

Quæ sententia multis rationibus comprobari potest: Et primò † hanc sententiam probat id, quod Doctores nostri communiter * tradunt. Statutum, quo caueatur, ne quis rem suam immobilem vendibilem vendat, vel alio quolibet titulo concedat forensibus siue extraneis, in præiudicium Ecclesiarum siue Clericorum non valere. *Ioh. Andr. Pet. de Anchar. Lapus Domin. & Philip. Francus c. fin. arg. ill. tex. de immunit. Ecclesiæ lib. 6. Ioh. Andr. c. statutum de hæreticis lib. 6. Federicus de Senis consil. 86. col. pen. Alb. de Rosate 2. par. statutorum q. 2. Bar. lege filius familias. §. Diui. q. 3. & ibi Albert. Ang. Flor. Imo. Rapha. Cumanus Alexand. & Ioha. Crocus ff. de legat. 1. Bar. lege fin. col. fin. & ibi Bal. col. 4. C. de S. S. Ecclesiis Bar lege dudum C. contrah. empt. Bar. lege fin. C. de exactor. tribut. lib. 11. Bal. lege iubemus nullam 2. notab. C. de S. S. Ecclesiis Ang. consil. 48. incip. quidam Franciscus Anton. de Butr. c. tua nuper arg. ill. tex. Extra de decimis Panormit. c. à nobis el. 1. notab. 3. extra de sentent. excommu. Paul. de Cast. consil. 89. lib. 2. Card. Florentinus consil. 66. & consil. 144. Ioha. de plat. lege 1. col. 1. C. non licere habitat. metrocomiæ lib. 11. Socin. consil. 14. lib. 4. Felin.* 4 *

4. Felin. c. quæ in Ecclesiarum num. 89. & ibi Dec. num. 49. extra de constitut. cum similibus allegat. per Tiraq. in tract. de ll. connubialib. gl. 8. n. 172.

5 Quamuis † in hoc contrarium teneat *Iacob Butrigarius Authentica cassa & irrita C. de S. S. Ecclesiis Bal. c. quæ in Ecclesiarum col. 2. & c. Ecclesia S. Mariæ col. 2. extra de constit. Ias. l. filius familias. §. Diui lect. 1. num. 72. vsq. ad num. 85. & lect. 2. num. 107. vsq. ad num. 114. ff. de legat. 1. Dec. cons. 124. cum simil. alleg. a Tiraq. in tract. de vtroq. retractu 1. par. in præfatione num. 14. & §. 1. gl. 13. num. 5. & in tract. de legib. connub. gl. 8. num. 171.*

6 Secundò † hanc sententiam probat id, quod traditur, statutum per quod aufertur Ecclesiæ illud ius, quod ius Ecclesiæ à iure communi concessum est, tanquam libertati Ecclesiasticæ contrarium, non valere. *Ant. de But. & Im. c. cum terra arg. ill. tex. extra de el. Ant. de Butrio & Imola c. Ecclesia S. Maria & ibi Fel. n. 69. & Dec. num. 3. extra de const. Anton. de But. c. nouerit. extra de sentent. ex communi. Fulgos. Authentica cassa & irrita & ibi Dec. num. 20. C. de S. S. Ecclesiis Alex. l. filius famil. §. Diui ff. de legat. 1. Alexand. cons. 100. num. 12. cons. 111. num. 7. lib. 2. & cons. 17. num. 16. lib. 4. Andreas Siculus cons. 31. lib. 4. Lapus alleg. 92. facit tex. de Authentica cassa & irrita d. c. nouerit c. fin. de vita & honest. Chor. C. fin. extra de rebus Ecclesiæ non alieni l. eius militis §. militia missus ff. de testamentis mil. §. quia vero verisimile Authentica de non alien. aut permut. rebus Ecclesiæ.*

7 Quare † cum Ecclesiæ sicut & alius quilibet hoc ius habeant, vt quilibet pro suo arbitrio ad molendina ipsorum accedere possit, videtur dicendum illud statutum per

per quod Ecclesiæ aufertur hoc ius tanquam libertati Ecclesiasticæ contrarium non valere.

Tertiò † statuta, per quæ subditi prohibentur cum Ecclesiis siue Ecclesiasticis personis contrahere, tanquam libertati Ecclesiasticæ contraria non valent. *Domin. c. fin. arg. ill. tex. de immunit. Ecclesiæ lib. 6. Card. con. 144. Dec. c. quæ in Ecclesiarum num. 3. extra de constitutionibus.* 8

Quare † cum per hoc statutum, quo cauetur ne subditi pro molendo frumentum extra territorium eant, subditi saltem indirectè prohibeantur contrahere cum Clericis siue Ecclesiis extra territorium, molendina habentibus, eo ipso quod ipsi prohibentur conducere operas illorum, qui molendinis Clericorum præpositi sunt videtur dicendum hoc statutum non valere. *arg. l. quæritur ff. de bonis lib.* 9

Quartò † cum Clerici sint superiores maiores & digniores Laicis. *arg. l. 3. C. de summa Trinit. & fide Cathol. l. 2. C. vt nemo priuatus c. deniq. distinct. 4. c. duo sunt genera 12. q. 1.* 10

Atq; † statuta inferiorum nunquam ligent maiores, superiores, digniores ue. *c. inferior. dist. 21. c. cum inferior & ibi Felin. extra de maior & obed. c. venientes extra de iureiuran. l. 2. §. deniq. ff. de orig. iuris §. plebiscitum. Instit. de iure naturali gent. & ciuili.* 11

Videtur dicendum hoc statutum in præiudicium Clericorum siue Ecclesiarum non valere.

Quintò † cum statuta condere sit iurisdictionis. *Bar. l. omnes populi quæst. 1. ff. de iustit. & iure. cum simil. allegat. a Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 16. num. 2.* 12

Et † laici in Clericos nullam iurisdictionem habe- 13

ant. *c. Ecclesia S. Mariæ. Extra de const. c. diligenti & c. significasti. extra de foro comp. c. fin. extra de rebus Ecclesiæ non alien.* Videtur dicendum prædictum statutum & ex hoc capite in præiudicium Clericorum siue Ecclesiarum non valere.

14 Sextò † statutum, quo cauetur, si per aliquem ex contrahentibus non fuerit protestatum per tres menses ante finem locationis, quòd non intendat vlterius perseuerare in locatione, intelligi factam tacitam relocationem pro eodem tempore, cum ijsdem pactis &
15 conditionibus, non † extenditur ad Ecclesias siue Ecclesiasticas personas: *Alex. cons. 17. num. 13. lib. 4.*

16 Septimò † cum statutum præferendi in successione paterna primogenitum, & secundo genito, & cæteris fratribus non extendatur ad fratrem secundò genitum, qui ante statutum conditum Clericus factus est, *Iohan. Andr. c. sine culpa de reg. iur. lib. 6. Anton. de Butr. c. Ecclesia S. Mariæ & ibi Abb. in lect. num. 25. extra de constit. Anton. de Butr. Im. Abb. & Barbatius c. quod Clericis. Extra de foro competen. Abb. cons. 3. num. 2. dubio lib. 2. Alex. cons. 211. num. 4. lib. 2. Socin. cons. 36. col. 4. cons. 81. col. pen. lib. 1. cons. 83. cons. 230. col. fin. cons. 241. col. 2. & cons. 45. lib. 3. Corn. cons. 94. col. 2. lib. 2. & cons. 205. col. fin. lib. 4. Ang. de Clauaso in sua summa verbo tex. vers. quinto Ias. l. fin. num. 25. C. de pact.*

17 Et † statutum quo cauetur, vt extantibus masculis, filiæ fœminæ non succedant, non porrigatur ad illas fœminas, quæ ante statutum promulgatum moniales effectæ fuere. *Lapus alleg. 110. Anto. de Butrio Imola & Abb. c. quod Clericis. extra de foro comp. Abb. c. Ecclesia S. Mariæ in lect. num. 25, & in repetit. num. 36. Feli. num. 78. & 79. & De-*

& Dec. num. 52. extra de constit. Abb. cons. 111. in 2. dubio Tit. 2. Paul. de Cast. cons. 304. col. 3. lib. 1. Corn. cons. 94. col. 2. lib. 2. Socin. cons. 81. col. pen. lib. 1. *& cons. 280. col. fin. lib. 2. Ias. lege seruo legato* §. *si testator ff. de legat.* 1.

Atque † statutum præferens agnatos cognatis in 18 successione non noceat Clericis, *Dec. cons.* 13. *in fin.*

Videtur † simili modo dicendum, statutum quo cavetur ne subditi pro molendo frumentum ad molendina extra territorium sita accedant, non nocere Clericis, siue Ecclesijs, saltem quo ad illa molendina quæ Clerici siue Ecclesiæ extra territorium ante statutum promulgatum habuerunt. 19

Octauò † licet rebus nondum translatis in Ecclesiam onera imponi possint, eaq; onera durent etiam postquam illæ res in Ecclesiam translatæ fuere: rebus † tamen iam translatis in Ecclesiam nulla onera imponi possunt. *Archid. Pet. de Anchar. Domi. & Imo. c.* 1. *de immunit. Ecclesia lib. 6. Guilhel. de Cuneo Iacob Butr. & Bar. l. placet C. de S. S. Ecclesijs Bar. Authentica item nulla communitas C. de Episcopis & Clericis Bar. l. rescripto* §. *sciendum ff. de muner. & honor. lib. 10. Bar. cons.* 180. *lib.* 1. *Bal. cons. 280. lib. 2. Cald. cons. 7. Tit. de const. cons. 2. Tit. de censib. Ang. cons. 24. Pet. de Anchar. cons.* 214. *& cons. 303. Abb. c. quod Clerici. Extra de foro comp. Abb. & Card. c. non minus. Extra immun. Ecclesiæ Abb. & Henr. Boir. c.* 1. *extra de censib. Socin. cons. 81. lib.* 1. *& cons.* 12. *lib. 4. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ num. 52. extra de const.* 20 21

Igitur † videtur dicendum similiter prædictum statutum non valere, in præiudicium Clericorum, siue Ecclesiarum, quò ad illa molendina, quæ ipsi ante statutum promulgatum habuerunt. 22

Nonò

Felin. Dec. & Doctores c. Ecclesia S. Mariæ extra de constitut.

His tamen † & similibus rationibus non obstantibus aliqui Doctores nostri tenent hoc statutum extendi etiam ad molendina Clericorum vel Ecclesiarum extra territorium sita, *sicut hoc expresse atq; in specie tradit Bald. inter consilia Pet. de Anchar. cons. 11. Cald. cons. 21. Tit. de constitut. cui consilio etiam se subscripsit. Pet. de Anchar. idem tenet Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par. §. circa præmissa. Et præallegatum consil. 11. Baldi refert & approbat Ias. l. filius fam il. §. diui lect. 1. num. 76. ff. legat. 1. Ias. cons. 236. col. 3. lib. 2. & cons. 39. in fin. lib. 3. Curt. iunior cons. 147. in fin. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ num. 53. Vers. tertia concl. supra facta extra de constitut. Dec. cons. 269. col. 4. cons. 271. col. 4. & 294. num. 5.* 28

Quæ † confirmatur primò ex eo, quod Doctores nostri tradunt: licet per statutum laicorum non possit præiudicari Clericis vel Ecclesijs in iam quæsitis, in quærendis tamen per statutum Laicorum tàm Ecclesijs quàm Clericis præiudicari posse. *Bal. rub. num. 10. extra de constit. Bal. inter cons. Pet. de Ancharani cons. 11. nu. 5. Andr. Barbat. cons. 41. col. 20. lib. 1. cons. 34. col. fin. l. 2. & cons. 1. lib. 3. Ias. l. filius familiâs. §. diui in lect. 1. num. 76. ff. de legat. 1. Dec. d. c. Ecclesia S. Mariæ nu. 53. arg. l. nemo §. 1. ff. pro socio l. si Sponsus §. si maritus ff. donat. inter Vir. & Vxor. l. 1. §. confertur ff. collat. bonor. l. qui autem in prin. ff. quæ in fraud. cred. l. fin. C. de acq. poss. Dec. c. in præsentia n. 8. extra de probat.* 29

Quare † cum per prædictum statutum præiudicetur Ecclesijs siue Ecclesiasticis personis tantum in lucro quærendo, sequitur prædictum statutum etiam in præ- 30

iudicium Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum ratum esse.

31 II. Statuta † quæ neq; derogant priuilegijs vel iuribus specialiter indultis Ecclesijs vel Ecclesiasticis personis, ac per quæ non efficitur deterior conditio Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum personarum, quàm Laicorum, etiam in præiudicium Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum rata sunt. *Bar. l. 1. num. 29. C. de sum. Trinitat. & fide Cathol. Bart. rep. l. de quibus col. fin. ff. de legibus Lapus allegat. 71. Andr. Barbat. rub. extra de rebus Ecclesiæ non alien. Andr. Barbat. cons. 14. col. 3. lib. 2. & consil. 65. col. 11. lib. 4. Tiraq. in tract. de vtroq; retractu. §. 1. gl. 13. num. 4. arg. c. constitutus. Extra de restit. in integ. c. cum venissent. Extra de eo qui mitt. in possess. rei seru. causa c. 1. de iureiur. lib. 6. Facit id quod tradit Alexand. consil. 143. lib. 1.*

32 Quare † cum prædictum statutum non sit inhonestum, neq; deroget priuilegijs, Ecclesijs siue Ecclesiasticis personis indultis, atq; per illud non reddatur deterior conditio Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum, quàm Laicorum extra territorium molendina habentium, sequitur hoc statutum etiam in præiudicium Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum ratum esse.

33 Nec † obstat huic rationi id, quod Doctores nostri tradunt, statutum per quod aufertur Ecclesiæ vel Ecclesiasticis personis id, quod ipsis secundum dispositionem iuris communis concessum est, tanquam libertati Ecclesiasticæ contrarium, ratum non esse, *sicut hoc vltra Doctores in secundo argumento contrario citatos expresse volunt. Vtq; reprobata opinione Bar. contraria communiter* * *receptum*

ceptum esse attestantur Felin. c. Ecclesia S. Mariæ num. 81. & ibi Dec. num. 53. extra de const.

Namq; † illa sententia contraria Doctorum procedit illo casu, quando per hoc statutum fit deterior conditio Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum quàm Laicorum, atq; iuri competenti ex iuris communis dispositione æqualiter tàm Laicis quàm Clericis non derogatur, tàm in præiudicium Laicorum quàm Clericorum. 34

Tunc † enim tale statutum tanquam libertati Ecclesiasticæ contrarium non valet. *Felin. c. Ecclesia S. Mariæ num. 89. extra de const. arg. c. non minus. Extra de immun. Ecclesiæ c. fin. eod. Tit. lib. 6.* 35

Secus † autem est si per hoc statutum non reddatur deterior conditio Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum, tunc enim hoc statutum valere iudico: Tum per iura pro hac sententia proximè *num. 31.* allegata. 36

Tum quia † Doctores in simili tradunt: legem Ciuilem quæ prohibet res minoris absq; autoritate curatoris & decreto iudicis alienari, habere locum etiam in alienatione facta à minore in Ecclesiam, Ecclesiasticas personas vel ad pias causas. *Innoc. & Ioh. And. c. in præsentia & ibi Abb. in vltimo notab. extra de probat. arg. l. 2. §. voto ff. de pollicitat.* 37

Tum † etiam quia lex Ciuilis requirens certam solennitatem in alienatione rerum minoris, etiam in manumisione siue donatione libertatis locum habet, §. *eadem lege instit. qui & ex quibus causis manu. non possunt.* 38

Quæ † libertas non solum piæ causæ æquiparatur. *l. 1. §. fin. & ibi Bal. C. de com. seruo. manumit. Bar. & Imo. l. proximè ff. de his quæ in testamento debentur. Bar. l. si cui annulum. post princip. ff. de an. legat. Bar. l. Titia* 39

 vsufru-

vsufructus §. *fin. ff. de condit. & demonstrat. Bar. l. si vnus C. de testam. Bal. l. 2. circa princip. C. de fidei commiss. libert. Bal. l. si iure C. de manumiss. testamento Alex. l. centur. col. 2. ff. vulg. & Pup. substit. Tiraq. rep. l. si vnquam verbo, donatione largitus num. 246. C. reuo. don.*

40 Sed qualibet † piâ causâ longè fauorabilior est *arg. Authentica si qua mulier C. de S. S. Ecclesiis l. scimus in prin. ff. in officio testamento c. quicunq; 17. q. 4. gl. l. si quis ad declinandam verbo simili modo C. de in officio testamento. Alex. cons. 18. lib. 4. iuncta l. Papinianus* §. *de quarta & ibi Fulgos. & Paul. de Cast. cons. 417. col. 2. lib. 1. & cons. 450. lib. 2. Ias. l. quidam existimauerunt col. 4. ff. si certum petatur facit tex. l. primo gradu ff. quæ in fraud. cred.*

41 Tertiò † statuta Laicorum indistinctè extenduntur ad Ecclesias & Ecclesiasticas personas, quando illa statuta sunt concepta in rem non autem in personam *Salicet. Authentica cassa & irrita C. de S. S. Ecclesiis Abb. in repet. c. Ecclesia S. Mariæ num. 46. & ibi Felin. num. 84. & Dec. n. 56. extra de constitut. Abb. c. quod Clericis num. 30. extra de foro comp. Bal. l. neq; C. de hæred. instit. Tiraq. in tract. de vtroq; retractu 1. par.* §. *1. gl. 13. num. 41.*

42 Quare cum † prædictum statutum, quo cauetur, ne subditi pro molendo frumentum extra territorium eant quo ad molendina extra territorium sita, sit conceptum in rem, sequitur hoc statutum extendi etiam ad Ecclesias siue Ecclesiasticas personas extra territorium molendina habentes.

43 Et † licet ex prædictis & similibus rationibus, quæ in hac quæstione pro & contra adduci possunt, hæc quæstio si satis controuersa videatur.

44 Ego † tamen in hac quæstione concludo primò, hoc

hoc statutum indistinctè non valere, quando hoc statutum prohibet tantum ad molendina Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum extra territorium sita, accedere. Tum quia per hoc statutum efficitur deterior conditio Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum quám Laicorum. Et † certum est tale statutum 45
per quod efficitur deterior conditio Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum quam Laicorum non valere. *Felin. c Ecclesia S. Mariæ num. 89. extra de constit. arg. c. non minus extra de immun. Ecclesiæ c. fin. eod. Tit. lib. 6.*

Tum † quia statutum expresse disponens tantum de 46
Ecclesiis siue Ecclesiasticis personis non valet. *Bar. l. prima num. 29. arg. ill. tex. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. Ab. c. Ecclesia S. Mariæ in lect. num. 10. & 20. & in repet. nu. 15. & 26. & ibi Felin. num. 40. & 78. & Dec. num. 24. & 45. arg. ill. tex. extra de const. Abb. c. quod Clericis num. 42. extra de foro comp. Card. c. 1. perpendimus q. 10. extra de sent. excom. facit tex. c. certum & c. quoniam frequenter dist. 10. c. bene quidem c. cum ad verum c. satis c. quædam & c. si Imperator dist. 96. c. à nobis. Extra de sent. excom. c. vt animarum, de constitut. lib. 6. l. fin. ff. de iurisd. omnium iud.*

Tum † quia Doctores in simili concludunt, statu- 47
tum excludens nominatim & expresse Clericum siue Monachum á successione indistinctè non valere. *Ang. & Fulg. l. fin. & ibi Ias. num. 25. & Dec. num. 28. C. de pact. Bal. l. omnes populi num. 15. ff. de iustit. & iure Imol. Lud. Rom. & Alexan. l. stipulatio hoc modo ff. verbo obligat. Imo. & Dom. c. quamuis de pact. lib. 6. Ant. de But. c. quod Clericis & ibi Abb. n. 40. extra de foro comp. Ab. c. Ecclesia S. Mariæ in rep. n. 35. & ibi Felin. n. 78. & Dec. n. 49. Extra de constitut.*

 Paul.

Paul de Cast. l. si is qui in pr. ff. de iurisd. omnium iud. Alex. cons. 139. n. 13. lib. 2.

48 Et hæc † conclusio procedit, etiam quo ad molendina, quæ non sunt de patrimonio Ecclesiæ, sed Patrimonio proprio Clericorum.

49 Namq; † cum & illa molendina non sint de foro Laicorum *l. decernimus C. de Epis. audien. c. si Clericus cum ibi notatis extra de foro comp. Oldrad. cons. 83.*

50 Placuit † prædictum statutum etiam quo ad illa molendina non valere. *Abb. in repet. c. Ecclesia S. Mariæ num. 26. & ibi Dec. num. 25. extra de const. arg. l. fin. extra de vita & honestate Cler. c. 1. de immun. Ecclesia lib. 6. c. similiter 16. q. 1.*

51 Secundò † ego in hac quæstione concludo, non valere statutum quo specialiter cauetur ne subditi eant ad molendina extra territorium sita, quæ Laicis ab ecclesia in feudum, Emphiteusin vel libellum concessa sunt.

52 Namq; † cum lex imperialis, quæ † facilius quàm
53 statuta inferiorum ecclesijs siue ecclesiasticis personis præiudicare potest. *Bar. l. si diuina domus n. 4. C. de exacti tribut. lib. 10. Host. & Doctores c. fin. extra de sol. Bal. l. placet C. de S. S. Eccles.* Specialiter aliquid disponens de feudo Emphiteusi, siue libello ecclesiastico rata non sit, *Abb. c. in præsentia n. 28. extra de const.*

54 Multò † minus statuta inferiorum specialiter de feudo, Emphiteusi vel libello ecclesiastico loquentia valere debent. *arg. c. cum in cunctis 7. iuncta gl. extra de ele.*

55 Tertiò † concludo statutum prohibens generaliter, ne subditi pro molendo frumentum ad molendina extra territorium sita accedant, absq; omni dubio porrigi ad illa molendina quæ Laicis ab ecclesia siue ecclesi-

asticis

asticis personis in feudum, Emphiteusin vel libellum concessa sunt.

Namq; † generaliter statuta Laicorum porriguntur ad res Laicis ab ecclesijs siue ecclesiasticis personis in feudum, Emphiteusin vel libellum concessas. *Pet. de Anchar. cons. 125. n. 7. & cons. 433. incip. postquam ista Domina in prin. Paul. de Cast. cons. 149. in fin. lib. 1. Rapha. Comens. cons. 83. col. 1. Alexand. cons. 9. num. 2. lib. 5. Barbat. cons. 14. col. fin. lib. 1. Felin. c. quæ in Ecclesiarum num. 95. extra de constit. Dec. Authentica cassa & irrita num. 9. C. de S. S. Ecclesiis Dec. cons. 139. num. 2. Socin. inter consil. Alberti Brun. cons. 7. Alber. Brun. in tract. statutorum repellentium fœminas 8. membro. quæst. 22. col. 3. facit id quod tradit Bal. cons. 9. num. 6. lib. 1. Abb. c. ex transmissa num. 4. notab. 5. extra de foro compet.* 56

Quartò † concludo statutum prædictum similiter absq; omni dubio valere etiam in præiudicium ecclesiarum siue ecclesiasticarum personarum extra territorium molendina habentium, eo casu quando hoc statutum vel nullum vel modicum præiudicium adfert ecclesijs siue ecclesiasticis personis. 57

Namq; † generale statutum Laicorum absq; dubio ad ecclesias siue ecclesiasticas personas extenditur, eo casu, quando per hoc statutum ecclesijs siue ecclesiasticis personis vel nullum vel modicum præiudicium infertur. *Felin. c. Ecclesia S. Mariæ num. 89. extra de constit. arg. l. scio. ff. de in integ. restit. l. 1. §. proinde leuis febricula ff. de ædil. edicto gl. Bar. Ias. & Doctores l. sciendum in prin. ff. qui satisda. cogantur. Abb. & Dec. c. de appellationibus. Extra de appellat. facit id quod tradit Abb. cons. 72. num. 3. lib. 1.* 58

Et

Et quod †præiudicium modicum siue magnum dicatur, arbitrio iudicis, definiendum committitur. *Bal. l. num. 1. C. si aduen. vend. pig. Ioh. Andr. c. fin. col. 5. q. 6. & ibi Im. col. 9. & And. Barbat. col. 2. extra de donat. Tiraq. repet. l. si vnquam verbo omnia vel partem aliquam num. 30. C. reuoc. donat. arg. l. 1. ff. de iure deliber. c. de causis extra de offic. de legat.*

60 Quintò †concludo prædictum statutum si illud generale sit absq; omni dubio porrigi ad molendina quæ sunt de Patrimonio non Ecclesiæ sed Clericorum.

61 Namq; † secundum communem * atq; receptam
* Doctorum sententiam Clerici in bonis patrimonialibus iure Laicorum vtuntur, exceptis tantum casibus specialibus, in iure expressis. *gl. c. possessiones 16. q. 4. gl. 2. Clem. 1. de in integ. restit. gl. c. si tributum verbo potestatem* 11. *q. 1. Anton. de But. Im. & Abb. c. si diligenti extra de præscrip. Abb. c. Ecclesia S. Mariæ in lect. num. 7. & in repet. num. 3. & 26. & ibi Felin. num. 7. vsq; ad num.* 12. *& Dec. n. 18. extra de constit. Abb. c. 1. extra de consuet. Abb. c. Venerabilis col. 2. extra de iudiciis Abb. c. fin. num. 11. & ibi Im. extra de vita & honestate Cler. Abb. c. ex literis extra de pignoribus Fran. Balb. in tract. de præscript. 1. par. 5. par. prin. q. 5.*

62 Sextò † concludo prædictum statutum si & generale sit & non tantum à Laicis sed à Clericis & Laicis simul conditum, etiam in præiudicium eorum molendinorum quæ Ecclesiæ siue Ecclesiasticæ personæ extra territorium habent, valere.

63 Namq; †clari & indubitati iuris est statuta à Laicis & Clericis simul condita, in præiudicium Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum personarum indistinctè valere.
Bal.

Bal. c. cum venissent col. 2. & ibi Ioh. de Lignano & Abb. in 2. notab. arg. ill. tex. extra de eo qui mittit in poss. rei seru. causa Bal. c. 1. in pr. col. 3. vers. quaero, nunquid si ex consuetudine & ibi Martin. Laudens. de prohib. feudi alien. per Frid. Ioh. de Lignano & Fran. Aret. c. quod Clericis extra de foro compet. Ant. de Butr. & Im. c. Ecclesia S. Mariae & ibi Felin. num. 31. vers. secundus casus & Dec. num. 53. extra de constit. Im. c. ad nostram arg. ill. tex. & ibi Felin. col. 2. extra de probat. Abb. cons. 72. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 210. num. 1. lib. 2. Tiraq. in tract. de legibus connubialibus gl. vlt. nu. 173.

Septimò † concludo, prædictum statutum, si illud 64 sit in rem conceptum, simili modo valere in præiudicium illorum molendinorum quæ Ecclesiæ siue Ecclesiasticæ personæ extra territorium habent, *vt patet ex ijs quæ in tertio argumento supra num. 41. 42. pro hac sententia adducto citauimus.*

Octauò † & Vltimò concludo, prædictum statu- 65 tum, si illud generale sit & æqualiter respiciens omnes illos qui extra territorium molendina habent, indistinctè valere in præiudicium Ecclesiarum siue Clericorum, etiamsi hoc statutum non in rem sed in personam conceptum sit, item etiamsi hoc statutum faciat expressam mentionem Clericorum siue Ecclesiarum, quam † sen- 66 tentiam comprobant omnia argumenta, *quæ supra §. 15. adduximus pro confirmatione illius decisionis, quod prædictum statutum valeat in præiudicium Laicorum, qui extra territoria molendina habent. Item & ea quæ diximus in hoc §. 16. in 1. & 2. argumento n. 28. 29. 30. 31. & multis n. seq. pro confirmatione illius opinionis quæ vult prædictum statutum etiam in præiudicium Ecclesiarum siue Ecclesiasticarum perso-*

narum extra territorium molendina habentium rata esse.

67 Deinde † hanc sententiam confirmat, id quod Doctores in simili tradunt: Statutum quo cauetur, vt extantibus masculis fœminæ etiam moniales non succedant, indistinctè etiam in præiudicium monialium valere. *Abb. c. quod Clericis n. 40. extra de foro comp. Felin. c. Ecclesia S. Mariæ n. 79. extra de const.*

68 Huc † accedit quod in statutis in effectu rem respicientibus nulla fiat differentia: Vtrum illa statuta sint
69 concepta in rem an verò in personam, quodq; † eam ob causam in successione ab intestato secundum communem *atq; receptam Doctorum sententiam inspiciantur indistinctè statuta illius loci in quo loco sunt sita bona, de quorum successione agitur, nulla habita consideratione, vtrum statuta sint concepta in rem an verò in personam. *Iacob. de Rauen. Iacob. de Aret. Guilh. de Cun. Dyn. Reiner. & Ioh. fab. l. 1. num. 17. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Bal. conf. 245. num. 3. lib. 1. & cons. 132. circa fin. lib. 2. Pet. de Anch. in rep. c. Canonum statuta 12. q. prin. extra de constitut. Alex. conf. 16. conf. 188. lib. 1. & conf. 10. lib. 6. Socin. conf. 288. & conf. 292. Corn. conf. 115. conf. 85. & conf. 162. lib. 3. Lud. Gozadinus conf. 49. Card. par. conf. 84. num. 43. lib. 1. & conf. 47. lib. 3. Tiraq. in tract. de iure primogenitorum q. 46. num. 2. Socin. iunior. consil. 24. 1. dub. lib. 3.*

70 Quare † cum prædictum statutum in effectu respiciat rem, molendina nempe extra territorium sita, sequitur illud statutum indistinctè valere in præiudicium ecclesiarum siue ecclesiasticarum personarum, siue illud statutum sit conceptum in rem siue in personam.

71 His † adde quod lex siue statutum generaliter loquens extendatur etiam ad res, siue personas priuilegiatas,

tas, in illis casibus in quibus ipse specialiter priuilegiatæ non sunt. *arg. l. in fraudem in princ. §. si quis se scribat & §. fin. & ibi Bal. ff. de testamento mil. l. impuberi ff. de administ. tutor. Dec. l. 1. num. 9. 10. & 11. ff. de reg. iur. Dec. l. quo tutela §. nemo arg. illi tex. iuncta gl. eodem Tit. Dec. l. ex testamento C. unde liberi Dec. cons. 5.*

Cum † itaq; Clerici & Ecclesiæ non sint specialiter priuilegiatæ, quo ad illum casum, de quo statutum prædictum loquitur. Sequitur prædictum statutum generale etiam ad Clericos siue Ecclesias porrigi, licet tàm Clerici quàm Ecclesiæ in alijs casibus priuilegiati sint. 72

Præterea † statutum prohibens, ne quis cum certo genere personarum contrahat, etiam extenditur ad ecclesias siue ecclesiasticas personas. *Feder. de Senis cons. 85. Abb. in repet. c. Ecclesia S. Mariæ num. 44. & ibi Felin. num. 81. vers. quartus casus & Dec. num. 55. extra de constit. Domin. c. fin. col. fin. de immunit. Ecclesiæ lib. 6. Alex. cons. 93. lib. 2. Tiraq. tract. de ll. connub. gl. fin. num. 169. & num. 170.* Quare † cum dispositum de personis, & in rebus quoq; locum habeat. *l. qui furere ff. de statu hominum l. si quis inquilinos §. si ita legatum ff. de legat. 1.* Sequitur simili modo & statutum prohibens respectu certæ causæ siue certæ rei contrahere etiam in præiudicium ecclesiæ siue ecclesiasticarum personarum locum habere: & per consequens, prædictũ statutum, cum illud non generaliter, sed respectu certæ causæ, prohibeat contrahere: etiam in præiudicium ecclesiæ siue ecclesiasticarum personarum valere. Nec obstant † huic nostræ decisioni ea quæ pro parte contraria adducta sunt. Namque † ad primum argumentum respondeo, sententiam communem Doctorum, quæ vult statutum prohi-

73

74

75

76

bens ſubditis rem immobilem vendere extraneis, non valere in præiudicium Clericorum ſiue Eccleſiarum procedere tantum, quò ad Eccleſias ſitas intra territori-
77 um ſtatuentium: Item † quò ad Clericos degentes intra territorium ſtatuentium. In illorum enim præiudicium prædictum ſtatutum abſq; dubio non valet, cum per illud reddatur deterior conditio Eccleſiarum ſiue Eccleſiaſticarum perſonarum, quàm aliorum incolarum.
78 Secus † autem eſt quò ad Eccleſias extra territorium ſi-
79 tas, Item † & quò ad Clericos extra territorium degen-
80 tes, in illorum † enim præiudicium, prædictum ſtatutum perinde vt in præiudicium aliorum forenſium valere ſtatuo.

81 Namque † certum eſt, hoc ſtatutum non eſſe inhoneſtum, neq; derogare priuilegijs ſpecialiter Clericis indultis, neq; etiam reddere deteriorem conditionem Eccleſiarum ſiue Eccleſiaſticarum perſonarum quàm ali-
82 orum. Et ſimili † modo clari iuris eſt: ſtatuta Laicorum, quæ neq; inhoneſta ſunt, neq; derogant priuilegijs ſpecialiter indultis Clericis ſiue Eccleſijs, neq; reddant deteriorem conditionem Eccleſiarum ſiue Eccleſiaſticarum perſonarum quàm Laicorum, etiam in præiudicium Eccleſiarum ſiue Eccleſiaſticarum perſonarum valere, *vt ex prædictis ſupra n. 31. 32. patet.*

83 Ad † ſecundum argumentum contrarium reſpondimus antè in ſecundo argumento pro poſteriori ſententia adducto. *Supra n. 33. & ſeqq.*

84 Ad † tertium argumentum contrarium reſpondeo, illud procedere eo caſu, quando ſtatutum paſſim & indiſtinctè prohibet cum Eccleſia ſiue Eccleſiaſticis per-
85 ſonis contrahere, Secus † autem eſſe, quando ſtatutum in

in certo tantùm pago prohibet cum Clericis siue Ecclesijs contrahere. Tunc enim tale statutum valere aliqui tradunt. *Ias. l. filius familiâs. §. Diui lect. 1. num. 81. ff. de legat. 1. arg. c.* 1. §. *donare qualiter feudum olim.*

Quare † cum, in nostro casu, subditi neque passim, 86 neq; indistinctè sed tantum in certô casu prohibeantur contrahere cum Clericis siue Ecclesijs, sequitur illa quæ in tertio argumento contrario adducta sunt nostræ sententiæ nihil refragari.

Deinde † ad hoc tertium argumentum contrari- 87 um *ad tex. c. fin. de immun. Ecclesiæ lib. 6.* respondeo, illum tex. procedere eo casu quando statutum specialiter & expressim prohibet tantum cum ecclesijs vel ecclesiasticis personis contrahere. Tunc enim per hoc statutum cum per illud reddatur deterior conditio Clericorum, siue ecclesiarum quàm Laicorum, absque dubio non valet, secus autem est si statutum æqualiter prohibeat contrahere cum Laicis forensibus: Namque hoc statutum valet: Tum per ea quæ in secundo argumento *supra num. 31. & seqq.* pro posteriori sententia adducto, dicta sunt. Tum † quia cum hoc casu cessent ver- 88 ba illius textus, etiam dispositio illius textus cessare debet.

Namq; † id quod lex non dicit nec nos dicere debe- 89 mus. *l. si seruum §. non dicit ff. de acquir. hæred. Bal. con. 99. col. 1. lib. 4.*

Et † vbi deficiunt verba legis, & ipsa quoq; legis dis- 90 positio deficit. *l. ita autem in prin. & ibi Bar. ff. administ. tutor. l. 1. §. loquitur ff. de magistratibus conueniendis l. 4. §. Toties & ibi Bar. & Alex. ff. de dam. infecto l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quibus causis in poss. eatur. l. hos accusare. §. omnibus*

bus. ff. de accusat. l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. c. identitatibus. § sed cum eos de elect. lib. 6.

91 Nec † vnquam dispositio legis vltra verba illius extendenda est. *l. quod const. & ibi Bar. ff. de mil. testamento Tiraq. repet. l. si vnquam verbo libertus n. 4. C. reuo. donat.*

92 Quin imò † cùm legislator in præ allegato *c. fin. de immun. Ecclesia lib. 6.* nullam fecerit mentionem, de illo casu, quando statutum æqualiter prohibet contrahere, cum Laicis & Clericis eiusdem conditionis, forensibus nempe, verisimile est legumlatorem voluisse constitutionem *d. c. fin.* non habere locum, eo casu, quando statutum æqualiter prohibet contrahere cum Clericis siue ecclesijs & cum Laicis, *arg. l. 1. §. vbi autem in fin. C. de cad. toll. c. inter corporalia. Extra de translat. prælat. c. ad*

93 *audientiam extra de decimis.* Hinc & † præclarè dicitur: Non posse nos interpretari dispositionem id disponere, quod non loquitur. *Bal. cons. 447. col. 3. lib. 5.*

94 Ad quartum † argumentum contrarium respondeo: illud quod dicitur: statuta inferiorum non ligare maiores, digniores siue superiores, procedere tantum eo casu, quando maiores, digniores, siue superiores habent iurisdictionem in illos inferiores, de quorum statutis agitur. Secus autem est, quando illi maiores, digniores, siue superiores non habent iurisdictionem, in illos infe-

95 riores, hi † enim statutis horum inferiorum ligantur. *arg. eius quod tradit Abb. c. dilecto n. 12. extra de test. Abb. & Fel. c. cum infer. ex. de maior. & ob. Pet. de Anch. Cle. 1. de foro comp.*

96 Igitur † sequitur prædictum statutum in præiudicium ecclesiarum extra territorium sitarum, Item & in præiudicium Clericorum extra territorium habitantiũ, qui in statuentes neq; ciuilem neq; spiritualem iurisdictionem habent, valere, licet & ecclesiæ & Clerici sta tuentibus

entibus sint maiores, digniores & superiores. Ad † quin- 97
ctum argumentum contrarium respondeo, statuta, quæ de subditis loquũtur, quæq; subditis aliquid facere prohibent, valere etiam in præiudicium non subditorum sine illorum in quos statuentes iurisdictionem non habent. *arg. l. fin. & ibi Bar. ff. de decr. ab ord. facie. l. 1. C. quæ res expor. non possunt l. mercatores & ibi Bar. C. de commer. & mercat. l. vnica C. non licere habit. metr. lib. 11.*

Quare † cum prædictum statutum prohibeat subdi- 98
tis, ne ipsi ad molendina extra territorium sita accedant, sequitur hoc statutum valere in præiudicium tàm ecclesiarum siue ecclesiasticarum personarum, quàm aliorum hominũ, licet statuentes in illos nullam iurisdictionem habeant. Sicut hoc in simili tradit *Frid. de Senis con. 85. Alex. cons. 93. n. 4. lib. 2. Tiraq. in tract. de ll. con. gl. vlt. n. 108.* Ad sextum † argumentum contrarium respondeo; 99
illam doctrinam Alexandri, de qua ibi fit mentio, admodum dubitabilem esse.

II. † dico illud statutum de quo in doctrina Alexan- 100
dri mentio fit, potius respicere personas quã res, Ideoq;
† cum statutum de quo in casu nostro agitur potius re- 101
spiciat res quàm personas, & statutũ † respiciens potius 102
res quàm personas in præiudicium ecclesiæ siue ecclesiasticarum personarum facilius valeat quàm statutũ principaliter personas respiciens. *Abb. Fel. & Dec. c. ecclesia S. Mariæ extra const. Abb. c. quod Clericis extra de foro com.* Sequitur illam doctrinam Alexan. nihil nobis obstare, cum
† ex diuersis siue diuersam rationem habentib. non fiat 103
illatio *l. fin. ff. de calum. l. papinian. exuli. in pr. ff. de min. l. Iulian. ff. cond. indeb.* Ad septimum † argumentum 104
contrarium respondeo: Cum filij etiam viuis parentibus per votum † naturale parentum. *arg. l. scripto 6.* 105

§. *fin. ff. vnde lib.* habeant ſpem probabilem ſuccedendi parentibus. *Bar. Alex. & Doctores l. is poteſt ff. acq. hæred.*
106 *arg. l. necei §. præterea ff. de adopt.* ac † ijs etiam viuis parentibus hæreditas parentum quaſi debita ſit, *l. cum furioſus § ſin verò perpetuo verſ. quaſi debita C. de iurat. furioſ. gl. Ias. Bar. & Doctores l. 3. C. de iuris & facti ignorant.*
107 nimirum † non eſſe quod ſtatutum vel præferens primogenitum in ſucceſsione paterna reliquis filijs vel excludens filias à ſucceſsione paterna extantibus liberis maſculis, non extendatur ad illas perſonas quæ ante ſtatutum promulgatum Clerici factæ ſunt, neq; præiudicet Clericis in ſpe probabili ſiue iure quaſi debito ipſis iam
108 quæſito. Secus † autem eſt in caſu noſtro, in quo cum eccleſijs ſiue eccleſiaſticis perſonis nullum ius quæſitum ſit, vt ſubditi alterius territorij ad ſua molendina accedere cogantur, ſequitur prædictum ſtatutum, abſq; omni dubio, etiam ad molendina eccleſiarum ſiue eccleſiaſticarum perſonarum, extra territorium ſita porrigi, non obſtantibus illis quæ in ſeptimo argumento contrario *ſupra num. 16. & ſeqq.* de ſtatutis diſponentibus de ſucceſsione filiorum dicta ſunt.

109. Quod † autem in ſeptimo argumento contrario *n. 18.* dictum eſt, ſtatutum præferens in ſucceſsione agnatos cognatis, non extendi ad Clericos, quatenus illud
* generaliter dicitur, communiter * reprobatum eſt. *Abb. c. quod Clericis num. 42. extra de foro compet.*

110 Et licet † Doctores velint, tale ſtatutum non præiudicare illis cognatis, qui ante ſtatutum conditum Cleri-
111 ci facti ſunt, cum † tamen in iure quærendo ſtatutum Laicorum Clericis præiudicare poſsit, *ſicut ſupra nu. 29.*
112 *concluſimus*, Atq; † cognati nullum ius, imò nec ſpem vllam

Iam probabilem habeant ſuccedendi tranſuerſalibus ſuperſtitibus. *Bar. Alex. Ias. n. 10. & Doctores l. is poteſt ff. de acquirenda hæred.*

Ego † credo veriorem eſſe illam ſententiam, quòd 113
ſtatutum præferens agnatos cognatis in ſucceſſione extendatur etiam ad illos cognatos, qui ante ſtatutum conditum Clerici effecti ſunt, & ſic patet ea quæ in ſeptimo argumento contrario dicta ſunt nihil nobis obſtare.

Ad † octauum argumentum contrarium reſpon- 114
deo illud argumentum contrarium non modo nihil nobis obſtare, ſed multò magis noſtram ſententiam confirmare. Namq; ex † illis quæ *in primo argumento* 115
contrario ſup. n. 29. dicta ſunt, ſatis liquet, licet ſtatutis Laicorum non poſſit præiudicari Clericis ſiue Eccleſijs in rebus quæſitis, in quærendis tamen Eccleſijs ſiue Eccleſiaſticis perſonis per ſtatuta Laicorum indiſtinctè præiudicari. Quarè † cum Eccleſijs ſiue Eccleſiaſticis per- 116
ſonis nullum ius quæſitum ſit, vt incolæ alterius territorij ad ſua molendina accedere cogantur, & ſic agatur tantum de præiudicando Eccleſijs ſiue Eccleſiaſticis perſonis in acquirendo, ſequitur prædictum ſtatutum etiam in præiudicium Eccleſiarum ſiue Eccleſiaſticarum perſonarum valere.

Ad nonum † argumentum contrarium reſpondeo: 117
veriorem eſſe illorum Doctorum ſententiam, qui volunt: ſolennitatem requiſitam in contractibus à ſubditis celebrandis, requiri etiam in contractibus celebratis cum Clericis ſiue Eccleſijs. *Abb. c. Eccleſia S. Mariæ & ibi Felin. num. 81. verſ. quartus caſus. vſq; ad num. 84. & ibi Dec. num. 54. extra de conſtitut. Abb. c. quod Clericis num. 26. & ibi Barbat. & Fr. Aret. extra de foro comp. Bald. c.*

Clerici num. 2. Extra de indic. Salicet. Authentica cassa & irrita. C. de S. S. Ecclesiis. Alex. cons. 93. lib. 2. Tiraq. in tract. de ll. connub. gl. vlt. num. 168.

118 Quin imò † posito, sed tamen non concesso, opinionem illorum Doctorum, qui volunt, statutum certam solennitatem requirens in contractibus subditorum non extendi ad contractus cum ecclesijs siue ecclesiasticis personis initos, veram esse: Tamen ex hoc inferri non posse, simili modo & statutum prohibens subditis ad molendina extra territorium sita accedere, non extendi ad molendina Clericorum siue ecclesiarum extra territorium sita.

119 Namq; † hoc statutum principaliter rem, illud ve-
120 rò principaliter personam respicit. Ideoq; † cum inter statuta principaliter respicientia rem & statuta respicientia personam, maxima diuersitatis ratio militet, atq;
121 † ex illis quæ dissimilia sunt siue inter quæ diuersitatis ratio militat argui nequeat. *l. Iulianus. ff. de condict. indeb.* Sequitur quod de vno statuto ad aliud argui siue inferri non possit.

122 Ad † decimum argumentum contrarium respondeo: veriorem esse illam opinionem quæ vult, statutum permittens agnato proximiori rem venditam ab agnato suo intra annum oblato precio redimere, extendi etiam ad res venditas ecclesiæ siue Clericis. *sicut hoc expressè tenet Cyn. & Bal. l. neq; C. hæred. inst. Alb. de Rosate 1. par. statutorum q. 94. Neapolitanus in tract. congrui in proœmio super verbo terrorem affl. in tr. de iure prothim. col. 11. vers. item quæro an si Clericus. Et hanc sententiam refert, sequitur atq; multis ration. comp. Tiraq. in tr. de vtroq; retract. 1. par. §. 1. gl. 13. n. 4.* Et cum hæc sententia nitatur melioribus rationibus

bus quàm contraria opinio, hæc † sententia reiecta opi- 123
nione contraria, & in iudicando & in consulendo sequē-
da erit *arg. l. 1. §. sed neq. C. de veteri iure enucl l. Aemilius ff. de minor. c. appellamus. & ibi Abb. extra de ferijs. Abb. c. 1. & ibi Felin. n. 54. & Dec. n. 29. Extra de const.*

Et † per prædicta habetis declaratam vnam limitati- 124
onem ad regulam quam fecimus: Statutum prohibens
subditis ad molendina extra territorium sita accedere in
præiudicium non subditorum ratum esse: Namq; † se- 125
cundum communem * Doctorum sententiam illa re- *
gula non procedit, quo ad ecclesias siue ecclesiasticas
personas, extra territorium molendina habentes, quæ † 126
tamen limitatio ita est intelligenda & restringenda, sicut
eam supra declarauimus.

§ DECIMVS SEPTIMVS.

Vbi explanantur alia, quæ ad statutum molendini coactiui pertinent.

SVMMARIA.

1. Molere quis potest pro suo libitu etiam extra territorium.

2. Statutum molendini coactiui non aliter valet nisi ab eo conditum sit, qui potest contra ius commune statuere. Fallit hoc si statuat ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis ibid. n. 3.

4. Statutum etiam contra ius commune condere potest, eam alioquin potestatem non habens, si statuat, ob publicam vtilitatem vel necessitatem.

5. Statutum molendini coactiui non valet in præiudicium eius qui in statuentes iurisdictionem habet.

6. Statutum molendini coactiui non valet, principaliter ad æmulationem exterorum factum.

7. Statutum molendini coactiui contra exteros, non valet, si exteris pacto, priuilegio, praescriptione vel alio modo, ius cogendi ad molendina sua, contra statuentes eorumue subditos acquisitum est.

8. Ius quaesitum non subdito, auferri ei nequit.

9. Ius alteri etiam praescriptione, vel alio remedio iuris ciuilis quaesitum auferri nequit.

1 SEcundò †cum secundum iuris communis dispositionem cuilibet liberum atq; permissum sit, pro suo libitu ad molendina extra territorium sita accedere. *Arg. l. nemo exterus C. Iudaeis l. in re mandata C. mandati l. 2. ff. si quis*
2 *autem paren. manum. fuerit* praedictum †statutũ non aliter valet, nisi illud ab eo conditum fuerit, qui contra iuris communis dispositionem statuta condere potest. *Socin. cons. 272. lib. 2. arg. l. fin. ff. iurisd. omnium iud. c. 2. de const. lib. 6.*

3 Excepto† tantum illo casu si hoc statutum ex causa
4 publicae vtilitatis vel necessitatis factum fuerit: Tunc † enim praedictum statutum indistinctè valet, licet is qui hoc statutum fecit contra ius commune statuendi potestatem non habeat. *arg. l. si hominem ff. mand. l. si quis filio exhaeredato. §. hi autem omnes ff. de iniusto rupt. vel irrit. testamento l. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

5 Tertiò † praedictum statutum non valet, in praeiudicium illius superioris qui in statuentes iurisdictionem habet. *Caspar. Calder. inter consilia Pet. de Anchar. cons. 13. arg. l. nam Magistratus ff. arbitr. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad S. C. Treb. c. cum inferior & ibi Abb. & Felin. Extra maior. & obed. c. venientes. Extra iureiur. c. inferior. dist. 21. Abb. c. dilecto num. 12. ff. de testib.*

6 Quartò † praedictum statutum non valet si illud principaliter ad aemulationem, inuidiam, damnum siue detrimen-

detrimentum non subditorum factum fit. *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par.* §. *circa pramissa arg. l. 1. §. deniq; l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. arc. l. opus ff. oper. pub. l. in fundo ff. Rei vend.*

Quintò † hæc conclusio fallit, si illis, qui extra territorium molendina habent, pacto, priuilegio, præscriptione, vel alio modo fuerit acquisitum hoc ius vt subditi alterius territorij vel omnes vel aliqui ad molendina sua accedere cogantur. Namq; in horum præiudicium prædictum statutum indistinctè non valet. 7

Tum † quia non subditis in iure iam quæsito indistinctè præiudicari nequit, *sicut hoc supra in* §. *15. n. 33. 35. 37. & seq. docuimus.* 8

Tum † quia secundum communem * atque receptam Doctorum sententiam etiam ius quæsitum alteri præscriptione vel alio remedio iuris ciuilis ipsi auferri nequit. *Abb. cons.* 111. *lib. 2. Ias. l. Gallus* §. *& cum si tantum ff. lib. & posth. Ias. l. is qui pro emptore ff. de vsucap. Ias. l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. Socin. cons. 63. col. 6. & cons. 120. lib. 3. & inter cons. Alberti Brun. cons. 10. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. Extra de constit. Dec. cons. 343. & cons. 284. Gozadinus cons. 5. lib. 16. Aymo Crauetta cons. 172. n. 3. lib. 1. arg. l. 1. ff. de legib. l. alienationis ff. verb. sig. iuncto tex. c. 1. & ibi Bal. & Doctores de natura feudi. l. 3. & ibi Bar. C. de fundo patrimon. lib. 10.* 9

Sextò † & alio modo hæc conclusio limitari potest, vt patet ex ijs quæ tradit *Aymo Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. par.* §. *circa præmissa num. 29.* 10

Septima † limitatio ad hanc conclusionem colligitur ex ijs, quæ tradit *Socin. cons. 272. lib. 2.* 11

Et per prædicta est expeditus vnus effectus resul-

tans ex illa conclusione, quòd aër communis sit videlicet quòd cuilibet licitum atq; permissum sit: molendinum in fundo suo ædificare.

§ DECIMVS OCTAVVS.

In quo tractatur materia libertatis ædificandi, in primis fenestrarum.

SVMMARIA.

1. Aedificare quisq; in suo potest vsq; ad cœlum.

2. Fenestram quisq; in suo facere potest, etiamsi per eam inspiceret in solum, aream, hortumúe vicini. & n. 33. 54.

3. Specularia quis ponere potest in fenestris suis.

4. Ferratas quis in fenestra sua ponere potest.

5. Fenestram quis ponere in suo potest, etiamsi per centum annos non habuerit antè.

6. Fenestram ponere possumus in domo nostra etiamsi vicinus ex ea re damnum sentiat.

7. Fenestra fieri in meo nequit cum vicino meo seruitus non imponendæ fenestræ acquisita est.

8. Fenestra imponi nequit statuto vel consuetudine prohibente.

9. Fenestra, ad æmulationem principaliter, imponi domui suæ nequit.

10. Fenestra domui suæ libidinis gratia imponi nequit.

11. Ferratas & specularia in fenestris suis ponere licet, etiamsi excedant murum ponentis, si sint supra solum publicum. n. 12.

13. Consuetudo seruanda & vim legis obtinet.

14. Ferrata & specularia supra solum vicini priuati non conceduntur parietem ponentis excedentia.

15. Ferrata & specularia poni possunt ab habente stillicidij ius, quousq; stillicidium prominet.

16. Fenestra in pariete communi inuito socio poni nequit.

17. Fene-

17. Fenestra socio inuito in pariete communi poni nequit, cum paries est ad certum vsum alium destinatus.

18. Fenestra inuito socio in communi pariete poni nequit cùm socij interest vel intererit. & n. 19. & 20. 22. 23.

21. Parietem communem socius altero inuito suis sumtibus altiorem ædificare potest.

24. Fenestram inuito socio in communi pariete factum, omninò claudere quis tenetur, nec liberatur præstando interesse.

25. Fenestra in muro per omnia communi fieri potest à socio inuito altero socio.

26. Fenestra in pariete communi quibus casibus fieri possit inuito socio? & n. 27. 28.

29. Fenestram in muro alieno facere non licet.

30. Fenestra in pariete alieno fieri potest ab habente talem seruitutem.

31. Fenestra in pariete alieno potest fieri ab vsufructuario.

32. Fructuarius fenestras obstruere nequit.

34. Fenestram vicini obstruere vicinus ædificando potest ampliatur ibid. n. 35. 36. 37. 38. 39.

40. Fenestra vicini obstrui nequit ædificando, si statutum vel consuetudo id prohibeat.

41. Fenestra vicini ædificando obstrui nequit, si hæc seruitus debetur.

42. Fenestra vicini ab ædificante in solo publico, obstrui nequit, ampliatur ibid. n. 43.

44. Fenestra vsufructuarij obstrui ædificando nequit à Domino proprietatis, quando domus planè fit inutilis.

45. Feudum æquiparatur vsufructui.

46. Aequiparatorum in vno quod dispositum, id etiam ad alterum pertinet.

47. Fenestra à domino feudi vasallo obstrui ædificando nequit, si domus feudalis alioquin inutilis erit.

48. Aedificare in re communi socius, vltra formam antiquam, nequit, vt per hoc fenestræ socij propriæ obstruantur.

49. Fenestram vicini ædificio æmulatorio obstruere non licet.

50. Loca-

50. *Locator obstructis ab alio vicino ædibus locatis tenetur conductori ad interesse.*

51. *Fenestram locator obstruere conductori ædificando nequit.*

52. *Area trituratoria obstrui à vicino aër nequit ædificando.*

53. *Fructibus necessarius aër siue sol obstrui ædificando nequit à vicino.*

55. *Fenestram nemo tenetur in suo facere vt vicinus inde lumen vel aërem consequatur.*

56. *Fenestram in suo facere tenetur pro limine vicini si hanc debet seruitutem.*

57. *De fenestrarum materiâ remissiones.*

1 SEcundus † effectus illius conclusionis, quòd aër communis sit, est ille, quòd cuilibet in area, siue solo suo vsq; ad cœlum ædificium extruere licet, *l. altius & l. si in ædibus C. de seruit. & aq. l. fin. §. fin. ff. Quod vi aut clam De qua tamen regulæ videte ea quæ tradit Capol. in tract. de seruitut. vrb. præd. cap. 39. Socin. in tractat. fallent regul. 101. Alex. cons. 174. lib. 2. petr. Duen. in tractat. regular. Reg. 33.*

2 Tertius † effectus illius decisionis est ille, quod cuilibet, licitum atque permissum sit in muro siue pariete suo facere fenestram, etiamsi per eam inspiceret, in fundum, solum, aream vel hortum vicini. *Bald. & Doctores in l. altius C. de seruitut. & aq. Matth. de affl. Decis: Neap. 224. & 225. arg. l. in re mandata C. Matth.*

3 Quod † vsq; adeò verum est, vt etiam specularia, *Capoll. in tract. de seruitut. vrban. prædior. cap. 63.* Item † &
4 ferratas in fenestris ponere liceat. *Capol. in d. tractat. cap. 55.*

5 Deindè † hæc conclusio procedit, etiamsi quis per centum vel plures annos fenestram in muro, pariete siue domo sua non habuerit. *Capol. in d. tractat. cap. 62. arg.*

arg. glos. l. qui luminibus in prin. ff. de seruitut. vrb. præd.
Item † etiamsi vicinus meus ex hoc damnum siue 6
detrimentum sentiat, *arg. l. Imperatores ff. de seruit. vrb.*
præd. l. fluminum §. fin. cum duab. ll. seqq. ff. de damn. infect.
l. 1. §. deniq. l. 2. §. pen. & l. si in meo ff. de aq. pluu. arcend.
Hæc † conclusio fallit si pacto, vltima voluntate vel 7
præscriptione, ædibus, muro siue parieti vicino, imposi-
ta fuerit talis seruitus, ne vicinus in istis ædibus muro si-
ue parieti fenestram imponere possit. *Bald. d. l. altius.*
Paul. de Castr. in l. quoties ff. de seruit.
Secundò † hæc conclusio fallit, si statuto contrari- 8
um cautum vel consuetudine introductum sit, *arg. glos.*
Rubr. C. de decr. decur.
Tertiò † hæc conclusio fallit, si quis ad æmulatio- 9
nem vel inuidiam alterius principaliter fenestram, in
domo, muro, siue pariete suo facere vellet. *Petr. Cyn. &*
Paul. de Castr. d. l. altius. & l. opus ff. de oper. publ.
Quartò † hæc conclusio fallit, si quis libidinis non 10
honestatis gratia in domo, muro siue pariete suo fene-
stras facere vellet, vt puta si quis habens domum vici-
nam domui vel horto alicuius pulcræ mulieris vellet fa-
cere fenestram in domo sua, vt videre pulchram hanc
fœminam possit, & eam ad turpem vel inhonestum a-
morem allicere, hoc enim permissum non est. *Cyn. &*
Bald. d. l. altius. Cæpol. in tractat. de seruit. vrban. prædior.
cap. 62. n. 2. arg. l. in fundo ff. de rei vendic. l. si pendentes §.
1. iunct. glos. ff. de vsufr. l. non aliter & ibi gl. ff. de vs. &
habit.
Quintò † licet ferratas & specularia in fenestris po- 11
nere liceat, atq; hoc † procedat, etiamsi specularia & fer- 12
ratæ excedant murum siue parietem illum, in cuius fe-

nestris istæ ferratæ siue specularia ponuntur, eo casu, quando illa specularia siue ferratæ sunt supra solum publicum, secundum consuetudinem generalem. *Cæpol. in*
13 *tract. de seruit. vrban. prædior. cap. 55. & 63.* Quæ † consuetudo & seruanda est, & legis vigorem obtinet. *Arg. l. 1. & l. an in totum C. de ædific. priuat. l. 1. C. Quæ sit long. consuet. l. de quibus & ibi Doctores ff. de ll.*

14 Tamen † quando specularia siue ferratæ sunt supra solum vicini priuati non permittitur in fenestris ponere specularia, quæ excedant parietem siue murum, *Arg. l.*
15 *fin. ff. de seruitut. l. fin. §. fin. ff. Quod vi aut clam*: nisi † is, qui illa specularia vel ferrata in fenestris suis ponere vult, habeat ius stillicidij in area, vel solo priuato vicini: tunc enim ferratas siue specularia eousq; prominentia, quousq; prominet stillicidium etiam versus solum siue aream priuati, sed non vltra ponere licet: *Cæpol. in tract. de seruitut. vrban. præd. cap. 55. & cap. 63. arg. l. fin. §. fin. ff. de seruitut. vrban. prædior. facit id quod tradit Cæpol. in tract. de seruitut. vrban. prædior. cap. 54. n. 7.*

16 Sextò † hæc conclusio fallit, in muro communi pro indiuiso: Namq; vnus ex socijs in muro communi altero inuito fenestras facere non potest. *l. eos, & ibi glos. Bart. Bald. Albert. de Rosat. Paul. de Castr. & Doctores ff. de seruitut. vrban. præd. Bart. l. altius 2. notabil. arg. ill. tex. C. de seruitut. & aq. Ang. in l. Quidam Iberus ff. de seruitut. vrban. prædior. Ang. l. inter quos ff. de damn. inf. Paul. de Castr. in l. quoties ff. de seruitut. & in l. parietem arg. ill. text. ff. de seruitut. vrban. præd. Cæpol. in tract. de seruitut. vrban. prædior. cap. 62. facit text. l. in communi ff. de seruit. vrb. præd. l. Sabinus ff. commun. diuid. c. in re communi & ibi Dyn. De regul. iur. lib. 6.*

Quod

Quod † absque omni dubio verum est, quando murus ad certum aliquem alium & destinatum vsum communis est, tunc enim in illo muro fenestram facere non licet. *Cæpol. in d. tractat. de seruitut. vrban. prædior. cap. 62. num. 3. Cardin. paris. consil. 63. num. 5. lib. 1. Paul. de Castr. d. l. eos ff. de seruitut. vrban. prædior. arg. l. cancellauerat ff. de his quæ in testam. del. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domin. l. ag. cum Geminiano C. de transact. Cæpol. in tractat. de seruitut. vrban. prædior. cap. 40. num. 32. Dec. Consf. 388 col. 2.* Idem est † iuris, si murus sit quidem simpliciter communis, sed vel certum sit, socij de præsenti aut in futurum interesse posse, ne fenestra in muro communi fiat, *Arg. d. l. Quidam Iberus ff. de seruitut. vrban. prædior.* Vel † etiam de hoc dubitetur, tunc enim simili modo in muro communi fenestram facere non licet. *Arg. l. eos ff. de seruitut. vrban. prædior. iunct. l. quoties & ibi Bart. ff. si quis caut. l. ab ea parte ff. de probat. l. suus quoq; §. puto ff. de hæred. instit. Bart. & Ias. l. ex quacumq; ff. si quis in ius vocat. non ier.* 17 18 19

Deinde † hæc conclusio extenditur vt procedat, etiamsi vnus ex socijs murum siue parietem communem suis sumptibus altius ædificauerit, quod † quidem vni ex socijs altero inuito in certis casibus facere permissum est. *l. hoc edictum. §. si ex tribus ff. de seruitut. vrban. prædior. Bart. Arg. & Florian. in l. Quidam Iberus ff. eod. tit. Cæpol. in tract. de ijsdem seruit. vrban. præd. cap. 40. num. 19.* 20 21

Namq; † nec illi quidem socio, qui parietem communem suis sumptibus altius ædificauit, in illa parte quam altius exstruxit, fenestram facere licet: *Cæpol. in d. tract. cap. 62. n. 4.* 22

23 Præterea † hæc conclusio ampliatur vt procedat, etiamsi domus socij, qui in communi pariete fenestram facere vult, aliunde lumen vel aërem habere nequeat.
24 *Card. paris. cons. 63. n. 3. lib. 1.* item, vt † socius qui inuito socio in muro communi fenestram fecit, illam petente socio omninò claudere teneatur, nec soluendo id quod interest, liberetur. *Ang. in l. in re communi ff. de seruitut. vrb. præd. Card. par. d. cons. 63. n. 4. lib. 1.*

25 Hæc † tamen conclusio restringitur, vt non procedat, si murus siue paries, propter expressam conuentionem contrahentium, quo ad omnia, siue per omnia, communis sit: tunc enim in illo muro fenestram vnus ex socijs etiam altero non consentiente facere potest. *Cæpol. in d. tract. de seruitut. vrb. præd. cap. 62. n. 3. arg. l. pacisci ff. de pact. l. 1. §. si conueniat ff. de poss. l. contractus ff. de reg. iur. iunct. l. Iulianus ff. de legat. 3. c. solitæ, extra de maiorit. & obed.*

26 Similiter † in muro, qui simpliciter communis est, fenestram facere licet, vel quando certum est, neq; muro communi, neque alteri socio de præsenti vel in futurum ex hoc præiudicium fieri posse. *Cæpol. in d. tract. de seruit. vrb. præd. cap. 62. n. 3. arg. d. l. Quidam Iberus §. parietem & l. fistulam ff. d. tit. glos. l. Sabinus ff. commun. di-*
27 *uid.* vel † quando murus communis ad hunc vsum expressè destinatus est. *arg. l. si ædes ff. commun. diuid. l. si*
28 *fratres §. Item Mela ff. pro Soc.* vel † quando consuetudo hoc introduxit. *Cæpol. in d. tract. cap. 62. n. 4. arg. l. qui luminibus in prin. ff. de seru. vrb. præd. l. 1. C. de seruit. & aq. l. 1. & l. an in totum C. de ædific. priuat. §. sed naturalia instit. de iur. natur. gent. & ciuil.*

29 Septimò † hæc conclusio fallit, in muro siue pariete alieno.

alieno. Namq; in muro siue pariete alieno absq; dubio fenestram facere vel aperire non licet, *l. altius & ibi glos. Bald. & Doctores C. de seru. & aq. Card. Paris. cons. 116. num. 13. lib. 4.* nisi † ædificans vel hanc seruitutem in muro alieno 30
haberet, vt in ea fenestram facere posset. *Cæpol. in d. tract. de seruit. vrb. præd. cap. 62. n. 6.* vel † istius muri siue pari- 31
etis vsumfructum habeat, vsufructuario enim indistincte permissum est, in isto muro siue pariete, in quo vsum fructum habet fenestram facere, *l. æquissimum §. sed si ædium ff. de vsu fr.* licet è conuerso † vsu fructuario fene- 32
stras illius domus siue muri in quo ipse vsum fructum habet obstruere siue obscurare interdictum sit, *d. l. æquissimum §. inde Nerua.*

Octauò † licet cuilibet permissum sit in muro siue 33
pariete suo fenestram facere, per quam aer & lumen in domum suam veniat: tamen † vicino conceditur in area 34
siue solo suo, ædificando fenestras vicini obstruere, & ita efficere ne aer vel lumen ad ipsum venire possit. *l. cum eo & l. Imperatores ff. de seruit. urban. prædior. l. altius & l. si in ædibus C. de seruit. & aq. Dec. l. nullus videtur ff. de reg. iur. Alex. cons. 174. n. 4. lib. 2. & cons. 9. n. 3. lib. 6. Aym. Crauetta cons. 94, n. 2. lib. 1.* etiamsi † is cuius fenestræ ob- 35
struuntur sit pupillus. *Arg. l. altius iunct. glos. ff. si seruit. vindic.* vel † alias priuilegiata persona. *Arg. l. in fraudem in* 36
prin. §. si quis se scribat & §. fin. ff. de test. militar. Item † 37
etiamsi per hoc vicini ædes penitus & obscurarentur & inutiles fierent. *l. cum eo & ibi Bald. & Ang. ff. de ser. vrb. præd. Paul. de Castr. l. binas arg. il. extra. ff. eod. tit. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 39. n. 1.* nec non † etiamsi is 38
cuius fenestræ obstruuntur illas fenestras in muro siue pariete suo vltra mille annos habuerit. *glos. l. qui luminibus.*

minibus ff. de seruit. vrban. praed. glos. c. Abbate S. Syluani, vers. Aluatensem ext. de verb. signif. Caepol. in tract. de seru. vrb. praed. cap. 39. n. 1. Ias. §. aequè n. 41. instit. de action. arg. l. viam publicam ff. de via publ.

39 Deinde † haec conclusio vsq; adeò vera est, vt socio permittatur obstruere fenestras socij sui, quas ipse habet in ea parte muri communis quam altius aedificauit. *Caepol. in tract. de seru. vrb. praed. cap. 6. n. 5.*

40 Haec † conclusio fallit primò si statuto vel consuetudine cautum sit, ne quis alterius fenestras obstruat. *Arg. d. l. qui luminibus iunct. glos.*

41 Secundò † haec conclusio fallit si praedio vicini sit imposita seruitus non obstruendi fenestras vicini. *Arg. l. inter seruitutes ff. de seruit. vrb. praed.*

42 Tertiò † fenestrae quas quis versus solum publicum habet obstrui non possunt, per aedificia quae in solo pu-
43 blico fiunt, etiam † ab eo, qui ex priuilegio siue permissione principis in loco publico aedificat. *l. 2. §. merito & §. si quis à principe ff. ne quid in loc. publ. glos. l. fluminum §. fin. ff. de damn. infect.*

44 Quartò † proprietatis dominus fenestras illarum aedium, quarum alius vsumfructum habet, obstruere non potest, eo casu, quando obstructis hisce fenestris illae aedes quarum vsusfructus ad alium spectat, penitus inutiles efficerentur. *l. si is qui binas ff. de vsufr. l. binas ff. de seruit. urban. praedior. Ias. l. ex hoc iure n. 15. ff. de iustit. & iur.*

45 Quintò † cum feudum vsufructui aequiparetur. *c. 1.*
46 *§. fin. ex quib. causis feud.* & dispositum † de vno ex aequiparatis, etiam in alio aequiparatorum locum habeat. *glos.*
47 *fin. l. si quis seruo C. de vsufr.* videtur † dicendum nec domino

mino feudi permitti fenestras illarum ædium quas alteri in feudum concessit obstruere, eo casu, quo obstructis hisce fenestris ædes in feudum concessæ penitus inutiles efficerentur.

Sextò † vni ex socijs non permittitur in re communi vltra formam antiquam inuito socio ita ædificare vt per hoc illæ fenestræ, quas socius in ædibus suis proprijs habet, obstruantur. *Cæpol. in tract. de seru. vrb. præd. cap. 36. n. 10. & cap. 39. n. 3. Alb. de Ros. d. l. altius C. de seru. & aq.* 48

Septimò † nemini permittitur ædificando in suo obstruere fenestras vicini eo casu quando hoc fieret principaliter ad æmulationem siue inuidiam vicini. *Paul. de Castr. d. l. cum eo. Alex. cons. 174. n. 4. lib. 2. & cons. 91. n. 3. lib. 6. Ias. l. ex hoc iure n. 8. ff. de instit. & iur. Dec. l. nullus videtur ff. de Regul. iur. Nicol. Boer. Dec. 320. n. 8. vsq. ad n. 14. Socin. Iun. cons. 76. n. 15. lib. 2. Aym. Crauetta cons. 94. n. 2. lib. 1. arg. l. 1. §. deniq. & ibi glos. l. 2. §. pen. ff. de aq. pluu. arc. l. opus ff. de oper. publ. glos. l. fluminum. §. fin. ff. de damn. infect.* 49

Octauò † cum locator obstructis ab alio vicino ædibus locatis ad id quod interest conueniri possit. *l. si merces §. si vicino ædificante ff. de locat. cond.* receptum † est, nec ipsum locatorem alias ædes suas altius tollendo fenestras ædium locatarum obstruere posse. *Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 62. arg. l. altius ff. si serui. vindic. l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* 50 51

Nonò † si area mea in qua segetes triturantur, & paleæ à fructibus discernuntur, non possit habere ventum, nisi ab vna parte, non permittitur vicino meo in suo solo ita ædificare, vt per hoc impediatur, ne ventus ad aream meam perueniat. *l. fin. §. 1. & ibi Cyn. Bart. Bald. & Alber.* 52

Alber. C. de seruit. & aq. Ang. l. Imperatores ff. de seruit. vrb. præd. cap. 39. Ias. l. ex hoc iure n. 14. ff. de iustit. & iur. Nicol. Boer. Decis. 320. n. 14.

53 Decimò † iuxta prædium meum rusticum, vicino ædificare non permittitur, si per hoc arceatur Sol vel aer fructibus meis necessarius. *l. fin. §. fin. & ibi glos. C. de seruit. & aq. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 39.*

54 Porrò † licet cuilibet liberum sit in muro siue pari-
55 ete suo fenestram facere, nemo † tamen cogitur in muro siue pariete suo facere fenestram per quam aer vel lumen ad domum siue prædium vicini perueniat. *Arg. l.*
56 *dudum C. de contrah. empt.* nisi † muro siue parieti vicino fuerit imposita seruitus vt vicinus in isto cogatur habere fenestram, per quam aer vel lumen ad domum siue prædium vicini perueniat, *Arg. l. luminum & ibi glos. ff. de seruit. vrb. præd.*

57 Reliqua † de fenestris videte apud *Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 62.*

§. DECIMVS NONVS.

In quo tractatur materia salubritatis aëris, itemq; è contrario pestis & nonnullarum quæstionum huc pertinentium.

SVMMARIA.

1. *Aër vnde inficiatur, nemo quid in publico habere potest.*
2. *Cloacarum purgandarum gratia edictum editum.*
3. *Morbo contagioso laborantes homines, vrbibus expelli possunt.*
4. *Ars, qua aër inficiatur, prohiberi ab incolis potest.*

5. Domus

5. *Domus peste infecta comburi à Magistratu potest cum omnibus rebus quæ in illa sunt.*

6. *Domus pestifera à priuato comburi nequit, iniussu Magistratus.*

7. *Domum pestiferam comburens priuatus, damnum domino resarcire tenetur.*

8. *Morbidis cum pecoribus non licet vti pascuis.*

9. *Famulus à domino, contagioso morbo, laborante recedere potest.*

10. *Capitaneus castrum pestiferum deserere potest.*

11. *Salarium integrum debetur recedenti ante tempus, propter pestem, vel alium contagiosum morbum.*

12. *Conductor pestis causa ante tempus recedens, pro rata tantùm habitationis, mercedem soluit.*

13. *Aëris salubris conseruandi causa & noui operis nunciatio sperni, & regulas iuris communis transgredi licet.*

14. *Morbo contagioso laborantes, iure, à cœtu hominum separantur.*

15. *Morbo contagioso laborantes, iure ab omnibus vitantur.*

17. *Coniux coniugem contagiosum expellere, vel separari ab eo nequit.*

18. *Sponsalibus de futuro propter superuenientem morbum contagiosum & incurabilem renunciari potest.*

19. *Pestis vbi viget, qui ibi est, in periculo mortis esse dicitur.*

20. *Pestilentiæ locus, non tutus censetur locus.*

21. *Citatus ad locum peste infectum non tenetur comparere.*

22. *Vasallus inuestituram intra annum non petens, à domino feudi, in loco pestifero degente, excusatur.*

23. *Iuramentum, quo quis se obligauit, ad standum in loco peste infecto, non est seruandum.*

24. *Pestis bello æquiparatur.*

25. *Pestis tempore præscriptio non currit.*

26. *Merces colono remittitur propter bellum.*

27. *Emphyteutæ remittitur canon propter bellum.*

28. *Pestis causa colono, inquilino, emphyteutæ fit remissio mercedis & canonis.*

 29. *Testa-*

29. *Testamentum in castris belli tempore conditum sine legitimo numero testium, valet.*

30. *Testamentum in loco pestifero conditum valet sine legitimo testium numero. & n. 31 32.*

33. *Testamentum, in pestifero loco, sine legitimo testium numero, conditum, non irritatur, etiamsi pestis cesset.*

34. *Necessitas ex illicito facit licitum.*

35. *Impossibilitas facit recedere à regulis iuris communis.*

36. *Ob periculum imminens receditur à regulis iuris communis.*

37. *Pestis licitum facit quod est illicitum*

38. *Pestis causâ regulas iuris communis transgredi licet. & num. 48.*

39. *Matres, filijs impuberibus, tutores non petentes puniuntur.*

40. *Mater pestis causa filijs suis tutores non petens excusatur.*

41. *Testamentum non valet vbi testes in eo non fuerunt in conspectu testatoris.*

42. *Testamentum pestis tempore, & si testes non fuère in conspectu testatoris, valet tamen.*

43. *Statutum, ne aliter valeat testamentum, nisi conscriptum sit, à notario matriculato, non extenditur ad testamentum, pestis tempore factum, si nullus reperiebatur notarius matriculatus.*

44. *Statutum in testamento mulieris duorum agnatorum præsentiam requirens, non pertinet ad testamentum tempore pestis conditum vbi non erat agnatorum copia.*

45. *Statutum in contractu minoris vel mulieris duos notarios exigens, non pertinet ad contractum tempore pestis.*

46. *A Iudæo pestis tempore accipi medicina potest.*

47. *A Iudæo medicina accipi nequit.*

48. *Pestis causâ solemnitates remittuntur.*

49. *Ob pestis suspicionem an solemnitates remittuntur, & regulas transgredi liceat? & n. seqq. maximè num. 52.*

50. *Periculi timor siue suspicio, præsenti periculo æquiparatur.*

51. *De periculo præsenti dispositum, ad timorem quoq; siue suspicionem periculi extenditur.*

53. Corru-

53. *Corruptibilibus de rebus lis ita expedienda, vt corruptio euitetur.*

54. *Peste infecto præstita officia remuneranda sunt.*

55. *Peste infecto præstita seruitia omnes effectus producunt, quos obligatio antidoralis.*

56. *Pestis probatio, remissiue.*

QVartò † cum aër communis sit, nemini permittitur 1
in priuato vel publico loco quid habere, vel in illum quid immittere, per quod aër infici possit, *l. 2. §. idem ait si odore & ibi glos. ff. ne quid in loc. publ. l. ædiles ff. de via public. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 48. num. 7. cap. 65. num. 5. cap. 68. num. 2. & cap. 78. num. 3. & in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 43. Card. Paris. cons. 110. lib. 4. facit l. 1. §. 1. ff. de extraord. crimin. l. cum supra C. de re milit. lib. 12.* quam † ob causam & prætor edictum fecit de 2
cloacis purgandis & reficiendis. *l. 1. in prin. & §. 1. ff. de cloac.* & † legibus cautum est, homines contagioso 3
morbo laborantes, ne ipsi aërem inficiant, vrbibus expelli posse. *Guilhelm. de Cugn. Bald. & Andr. Barbat. l. nullus arg. ill. text. C. de summ. Trinit. & fid. cath. Ludo. Roman. Alexandr. & Ias. l. casus arg. ill. text. C. de testam. Dec. cons. 651. n. 5. Cardin. Paris. cons. 33. n. 12. lib. 2. facit text. c. eijciens Dist. 88.*

Hinc † & incolæ alicuius loci optimo iure prohi- 4
bere possunt, ne quis in isto loco talem artem vel artificium exerceat, ex cuius exercitio, aeris corruptio vel infectio sequi possit. *Card. Paris. cons. 110. lib. 4.*

Et † magistratibus permittitur domum priua- 5
ti peste infectam cum omnibus rebus quæ in illa sunt, comburere. *Dec. Cons. 651. arg. l. si alius §. est & alijs ff. Quod vi aut clam.* Quamuis † 6

priuato non permittatur domum alienam peste infe-
ctam absq; auctoritate siue iussu magistratus combure-
7 re. *Arg. l. ossa in prin. ff. de relig. & sumpt. funer.* & † is
qui contra hoc facit ei, cuius domus combusta est, o-
mne damnum resarcire cogatur. *Dec. d. cons. 651.*

8 Similiter † propter vitandam contagionem atque corruptionem aëris prohibitum est vti pascuis cum pecoribus morbidis siue pestiferis. *Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 9. n. 20. arg. c. sed illud. Dist. 45. c. resecanda 24. q. 3.*

9 Præterea † & famulo permittitur à domino suo, peste, lepra vel alio contagioso morbo laborante recedere,
10 & Officiali † siue Capitaneo conducto ad regimen vel custodiam castri vel ciuitatis propter pestem in isto castro
11 vel ciuitate grassantem recedere licet: & † si vel famulus à domino vel Capitaneus siue Officialis propter hanc causam ante tempus conductionis finitum recesserit, ipsi nihilominus integrum salarium soluendum est. *Cor. cons. 5. lib. 4. arg. l. qui operas ff. de locat. cond. Bart. & Doctores l. diem functo ff. de offic. assess. Bart. l. si vno §. item cum quidam ff. de locat. & conduct. Bart. l. 1. §. Diuus ff. de var. & extra ord. cognit.*

12 Similiter † si is qui ædes vel habitationem conduxit, propter pestem in isto loco grassantem ante tempus conductionis finitum recesserit, ipse mercedem non integrè, sed tantum pro rata illius temporis, quo ipse illas ædes vel habitationem incoluit soluere cogitur. *Abb. c. propter sterilitatem, arg. ill. text. extra de locat. & cond. Rapha. Cuman. l. recusare §. si quis ab alio ff. Ad S. C. Trebell. Alex. in addit. ad Bart. l. si vno §. cum quidam ff. de locat. & cond. facit l. cohabitatores §. fin. ff. eod. tit.*

Deinde

Deinde † annotandum est, quod propter salubritatem aëris conseruandam & corruptionem aëris euitandam & operis noui nunciationem spernere, & regulas iuris communis transgredi permissum sit. *l. de pupillo §. si quis riuos & ibi Doctores ff. de oper. renunciat.* 13

Porrò † licet illi, qui contagioso morbo infecti 14
sint, optimo iure & à cœtu hominum segregentur. *c. 1. & ibi glos. & Abb. extra de coniug. lepros.* & † ab omnibus 15
vitentur. *Card. paris. cons. 33. num. 12. lib. 2. Cornel. cons. 5. lib. 4.* vsq; † adeò, vt aliqui ex Doctoribus nostris tradi- 16
derint leprosos non esse sepeliendos in illo loco, in quo alij homines sepeliuntur. *Abb. c. sacris num. 6. arg. ill. text. de sepult. & in c. cum dicat extra de Eccles. ædific.* Coniunx † tamen coniugem contagioso morbo laborantem 17
à se expellere, separare, vel propter hanc caussam separationem thori, petere non potest; *c. 1. & 2. extra de coniug. lepros. c. Quemadmodum extra de iureiur. l. si cum dotem §. si maritus ff. solut. matr.* Quamuis † sponsalibus de futu- 18
ro propter lepram vel alium contagiosum & incurabilem morbum superuenientem renunciari possit. *d. c. quemadmodum c. fin. extra de coniug. lepros. Specul. in tit. de coniug. lepr.* Et cum † is qui est in loco, vbi pestis viget, 19
in periculo mortis esse dicatur: *Corn. cons. 131. num. 5 lib. 4.* & is † locus, qui peste vel aliâs infectus est, tutus non 20
censeatur. *Card. Paris. cons. 33. num. 13. lib. 2.* receptum est, † citatum ad locum peste infectum, minimè compa- 21
rere cogi. *Bart. & Alex. l. recusare §. si quis ab alio ff. ad S.C. Trebel. Abb. c. cum dilecti num. 16. extra de dol. & contum. & in c. ex transmissa num. 7. & ibi Felin. num. 3. extra de præscrip. Alex. l. 2. §. si quis in iudicio num. 2. ff. si quis caution. Felin. c. accedens cl. 2. num. 11. arg. ill. text. extra vt lit.*

non contest. Ias. l. 2. §. quod diximus n. 12. ff. si quis cauti-on. Nicol. Boer. Decis. 228. n. 11. arg. l. 2. §. pen. ff. eod. l. sed sciendum. ff. ad S.C. Trebel. c. ex parte el. 2. extra de ap-pell. glos. ead. supplicationem. extra de renunciat. glos. idem. Ne in agro §. fin. verb. rationabilem de stat. monach. glos. c. communis filius Dist. 23.

22 Et † vasallum non petentem intra annum inuestituram, à domino feudi degente in loco peste infecto, excusari. *Præpos. c. 1. in prin. col. 1. Quo temp. mil. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. ver. Qui quidem inuestiti num. 51. Zas. in tract. feud. 7. part. n. 5. & dixi in tractatu de feud.*
23 *part. 6. cap. 2. num. 38.* nec † non & iuramentum, quo quis se obligauit ad standum vel manendum in loco peste infecto, minimè seruandum esse. *glos. 2. c. si vero & ibi Abb. Extra de iureiur. Ias. l. 2. §. quod diximus. num. 13. ff. si quis caut. arg. c. innocens, vers. quisquis ergo 22. q. 4.*

24 Et † cum pestis siue aëris infectio bello æquiparetur, *Bart. l. naturaliter ff. de vsucap. Bald l. cum notissimi §. Imò C. de præscript. 30. vel. 40. annor. Abb. c. ex transmissa num. 7. Extra de præscript. Alex. cons. 30. num. 3. in 5. Bart. l. 1. ff. de bonor. possess. quæ ex testam. milit. per. l. ... l. fin. num. 3. C. de testam. Francis. Balb. in tract. de præscrip. 2. part. 6. part. princip. num. 5. Nicol. Boer. Decis. 228. num. 8.*

25 Receptum † est, tempore pestis perinde vt tempore belli præscriptionem non currere. *Bart. d. l. naturaliter Bald. d. §. Imo. Panorm. d. c. ex transmissa num. 7. arg. ill. text. Francis. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 6. part. princip. num. 5. Felin. c. accedens el. 2. num. 11. Extra vt lit.*
26 *non contest.* Et sicut † colono, inquilino. *l. si fundus §. fin.*

fin. cum l. seqq. ff. de locat. & conduct. Bart. l. cum plures in prin. ff. eod. & in l. cotem ferro §. quos maximos ff. de publican. itemq; in quaest. 5. Incip. publicanus. & † Emphy- 27
teutae fit remissio mercedis siue canonis debiti eo casu quando vel colonus aut inquilinus ex re conducta, vel Emphyteuta ex ea re quam in emphyteusin accepit, propter bellum multos fructus percipere, potuit, *Ias. l. 4. num. 81. vsq; ad num. 99. C. de iur. emph.* ita † quoq; 28
colono, inquilino & emphyteutae mercedem, pensionem siue canonem debitum, remittendum esse placuit, eo casu, quando vel colonus aut inquilinus, ex re conducta vel emphyteuta ex re, quam in emphyteusin accepit, propter pestem siue infectionem aëris nullos fructus percipere potuit. *Corn. cons. 128. lib. 2.*

Eodem modo, sicut testamentum in castris tempo- 29
re belli conditum, non adhibito legitimo numero testium valet. *l. 1. l. Lucius & l. fin. ff. de testam. milit. l. 1. ff. de bon. possess. quae ex testam. milit. petunt. l. milites. C. de testam. milit.* Ita † & testamentum conditum, in illo loco, 30
in quo pestis viget, ratum est licet in illo testamento legitimus & solennis numerus testium non interuenerit. *Bald. Salic. & Ias. l. fin. C. de testam. Dec. cons. 284. Hippol. de Marsil. l. 1. §. praeterea n. 88. ff. de quaest. Nicol. Boer. qui pro hac sententia multos alios citat. Decis. 228.* Et † licet in 31
hoc contrarium teneat *Alex. cons. 70. & cons. 177. lib. 2. Matth. de affl. Dec. Neap. 25. cum simil. alleg. per Nicol. Boer. d. Dec. 228.* tamen † praecedens opinio verior est, & vsq; † 32
adeò obtinet, vt testamentum conditum non adhibito 33
legitimo numero testiũ, in illo loco in quo pestis viget, non irritetur, licet testator diu superuiuat posteaquam pestis in loco illo cessauit, *Corn. cons. 53. lib. 4. Franc. Rip. in tract. de pest. Nic. Boer. Dec. 228. n. 12.*

Praeter-

34 Præterea † cum illud, quod per ſe illicitum eſt, ne-
ceſſitas licitum faciat. *c. quod non eſt licitum. Extra de*
35 *regul. iur.* & † propter impoſſibilitatem. *Hyppol. de Mar-*
36 *ſil. d. §. præterea num. 92.* item † & periculum imminens
à regulis iuris communis recedatur. *Ias. l. de pupillo §. ſi*
37 *quis riuos ff. de oper. nou. nunc.* receptum eſt, † & peſtem
ſiue aëris infectionem illud licitum facere, quod alio-
38 quin illicitum eſt, & propter † peſtem regulas iuris
communis tranſgredi permiſſum eſſe. *Dec. conſ. 285.*
num. 2.

39 Ideoq; † licet matres, non petentes, filijs ſuis impu-
beribus, tutores, puniantur, *l. matres & l. omnem C. Ad S.C.*
40 *Tertyll. l. ſciant C. de legit. hæred.* matrem † tamen, quæ
propter peſtem filijs impuberibus tutorem non petijt,
excuſari traditum eſt. *Andr. Barbat. conſ. 87. lib. 4. Bar-*
bat. c. cauſam matrim. col. 1. de probat. Hippol. de Marſ. l. 1.
§. præterea num. 89. ff. de quæſt. Nicol. Boer. Decis. 123
num. 21.

41 Et licet † teſtamentum non valeat eo caſu quando
teſtes in eo adhibiti non fuerunt in conſpectu teſtatoris
42 tempore teſtamenti conditi: teſtamentum † tamen
tempore peſtis conditum valere, licet teſtes in eo teſta-
mento adhibiti tempore teſtamenti conditi, non fue-
rint in conſpectu teſtatoris de iure reſpondit *Card. Paris.*
Conſ. 33. lib. 2.

43 Similiter † ſtatutum quo cauetur, ne teſtamentum
aliter valeat, niſi illud à notario matriculato conſcri-
ptum fuerit, non extenditur ad teſtamentum tempore
peſtis conditum, ſi tempore teſtamenti conditi propter
peſtem in illo loco nullus notarius matriculatus reperi-
ebatur. *Ang. l. ſi vacantia C. de bon. vac. lib. 10. Alex. l.*
fin. &

fin. & ibi Ias. n. 4. C. de testam. Dec. cons. 285. Hippol. de Marsil. l. 1. §. praeterea num. 89. ff. de quaestion.

Eodem † modo & statutum requirens, vt in testamento mulierum interueniat praesentia duorum agnatorum, non extenditur ad testamentum tempore pestis conditum, ab illa muliere quae propter pestem agnatorum copiam habere non potuit. *Corn. cons. 131. lib. 4.* 44

Huc † accedit quod statuto disponente, vt nullus contractus minorum vel mulierum valeat, nisi interueniant duo Notarij rogati, & subscripti, contractus à muliere & minore, adhibito tantum vno Notario, tempore pestis initus valeat, eo casu, quo propter pestem in isto loco tempore contractus initi vnus tantum Notarius reperiebatur. *Ang. §. quod autem, arg. ill. text. Authentica de non alien. aut perm. reb. Eccles. Ias. l. fin. num. 8. C. de testam. Hippol. de Marsil. d. §. praeterea num. 89.* 45

His adde, † tempore pestis à Iudaeo medicinam accipere permissum esse. *Socin. & Felin. c. 1. extra de Iudae. Hippol. de Marsil. d. §. praeterea num. 88. arg. c. temporis qualitas 26. q. 1.* quod † tamen alioquin prohibitum est, *c. nullius 28. q. 1.* 46 47

Porrò † licet aliqui ex Doctoribus tradant. Etiamsi propter pestem & solennitates legitimae interdum remittantur; & regulae iuris communis transgrediantur: propter † suspicionem tamen pestis, neutrum admitti. *Corn. cons. 172. n. 9. lib. 3.* cum † tamen timor siue suspicio periculi, periculo praesenti aequiparetur, atq; † dispositum de periculo praesenti ad timorem siue suspicionem periculi extendatur. *l. continet §. fin. ff. Quod met. caus. l. metus ff. ex quibus caus. maior. l. nouissime ff. Quod fals. tutor. Authentica l. 2. §. cum armis ff. de vi & vi arm.* 48 49 50 51

l. Redius in prin. ff. de incend. ruin. & naufr. l. 2. & ibi Ias. & Dec. C. de transact.

52 Ego † verissimum iudico, eò casu, quo suspicio siue timor pestis idem impedimentum, quod pestis ipsa præstat, perinde propter timorem siue suspicionem pestis, vt propter pestem ipsam & solennitates legitimas remitti, & à regulis iuris communis recedere licitum esse. *Arg. l. illud. in prin. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio in prin. ff. de verb. oblig.*

53 Præterea † annotandum est, quod lis de rebus breuissimo tempore corruptibilibus, debeat expediri adeò celeriter, vt euitetur rerum corruptio. *Bart. l. 1. ff. de*
54 *gland. legend. Felin. c. fin. num. 16. Extra de iudic.* Deinde † sciendum est, quod illi, qui peste laboranti aliqua seruitia exhibent, illius singulares amici dicantur, quodque hæc seruitia magnifacienda atq; necessariò facienti remuneranda sint. *Andr. Barb. cons. 54. lib. 2. Nicol Boer. Decis. 228. num. 12. arg. l. si pater § si quis aliquem ff. de do-*
55 *nat.* Ideoq; † ego hæc seruitia præstita omnes illos effectus producere iudico, quos antidoralis obligatio producit, *de quibus videte Ias. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur itemq; in l. si non sortem § si libertus ff. de cond. indeb. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam verb. donatione largitus C. de reuocand. donat.*

56 Cæterum † quomodo probetur vel pestem vigere in aliquo loco vel quem peste laboràsse, *tradit Corn. cons. 131. num. 3. lib. 4. Card. Paris. Cons. 33. num. 11. lib. 2.*



§ VICE-

§. VICESIMVS.

In quo tractatur de quæstione, an sonitus vel strepitus alicuius artificij impedire possit studia & rem sacram facientes?

SVMMARIA.

1. Sonitum in publico facere non licet per quem studia liberalia impediantur.

2. Sonitum non licet facere in publico, quo diuina ministeria impediantur.

3. Strepitus iuxta scholas, auditoria publica, vel ædes Professoris aut Scholaris, non debet fieri ad impedienda studia. & num. 4. 5.

6. Auditoria ita distare debent ne se vocibus turbent.

7. Scholaris clarè legens vel vociferans officio iudicis prohiberi potest, ne sic alteri impedimento sit.

8. Strepitum, studia ministeriaue impedientem, magistratus ex officio, etiam nemine petente, cohibere potest & debet.

9. In strepitu pro studijs ac ministerio remouendo procedi potest etiam diebus feriatis.

10. A sententia strepitum pro studijs ac ministerio remouente appellari nequit.

11. Strepitus causâ, nec Professor à legendo, nec Concionator à concionando, desistere debet.

QVintò † licet aër communis sit, nemini tamen per- 1
mittitur in priuato vel publico loco talem sonitum vel strepitum facere, per quem vel studia liberalia artium aut facultatum, *l. 1. §. fin. & ibi gloss. & Bart. C. de stud. liber. vrb. Ro. lib. 12.* vel † diuina ministeria impediantur. 2
Alex. & Ias. l. c. ff. solut. matrim. arg. c. pridem 18. q. 2.

Ideoq; † prohibitum est, non tantum iuxta scholas 3
siue auditoria publica. *gloss. Bart. & Alex. l. 1. §. fin. arg. ill. text, C. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 12. Bart. Bald. Alex. Ias. &*

Doctores l. 1. arg. ill. text. ff. solut. matr. Abb. c. fin. num. 24. & ibi Felin. num. 16. Extra de iud. facit. text. l. 1. in prin. ff. de fluminib. §. 1. in proem. instit. Authentica. Habita C. ne fil. pro patr. iunct. Authentica res quæ & ibi Ias. C. commun. de legat. & fideic.
4 sed † etiam iuxta ædes alicuius Professoris. *Ang. §. Riparum num. 5. instit. de rer. diuis. arg. l. ad rem mobilem & l. ad legatum ff. de procurat. l. cui iurisdictio & ibi Doctores ff. de iurisd. om. iud. l. 3. §. qui habet ff. de seruit. rust. præd. l. illud. ff. de acq. hæred.* vel † scholaris
5 talem artem siue tale artificium exercere, cuius exercitium intentionem vel profitentis vel studentis vel discentis impedire vel remorari posset. *Bart. Bald. Ang. Ias. & Doctores l. 1. ff. solut. matr. Bart. l. legatis §. ornatricibus arg. ill. text. ff. de legat. 3. Roman. l. 2. in prin. ff. solut. mat. facit text. l. 1. §. fin. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 12. l. abesse, & l. qui mittuntur ff. ex quibus cauf. mai. Alex. l. mulier §. 1. ff. S. C. Trebell.*

6 Hanc † eandem ob causam legibus sancitum est, vt auditoria tanto interuallo sint destinata, ne discipuli vel magistri sibi inuicem posśint obstrepere, néue linguarum vel vocum confusio permista aures quorundam aut mentes à studio literarum auertat. *l. 1. §. fin. C. de stud. liberal. vrb. Rom. lib. 12. Abb. c. fin. num. 24. extra de iudic.*

7 Et † scholaris qui vel alta voce legendo vel alium clamorem aut strepitum faciendo impedit alium scholarem contiguam habitationem habentem, ne ipse studio intentus esse posśit, officio iudicis cogi potest, vt vel desistat vel recedat. *Specul. in tit. de iudic. §. generaliter ver. hoc etiam nota. Ant. de Butr. in proem. decretal. Idem Anton. de Butr. c. cum inter dilectos, extra de fid. instrum.*

Alex.

Alex. l. 1. num. 52. ff. solut. matr. Ias. l. 1. §. fin. de fer. arg. l. 1. §. fin. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 12. Porrò † annotandum est, quod Magistratus siue Iudex ex officio suo. *arg. l. 1. §. fin. & ibi Bart. C. de stud. lib. vrb. Roman. lib. 12.* etiam nemine petente, *Bart. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect.* non tantùm potest, sed etiam cogitur remouere & prohibere omnem sonitum siue strepitum per quem vel studia liberalia, vel diuina ministeria impediri possent. *arg. l. congruit ff. de offic. præsid. §. 1. & §. quoniam Authentica vt null. iudic. Bart. & Alex. d. §. hoc autem iudicium.* 8

9 Et in † hisce caussis in quibus agitur de remouendo siue prohibendo sonitum vel strepitum per quem diuina ministeria vel studia liberalia impediuntur, etiam diebus feriatis in honorem Dei procedi potest, *Hostiens. in sua summ. Tit. de fer. §. fin. vers. Quid si magister conducit. Specul. Tit. de fer. §. sequitur vers. Quid si magister conducit scholas. Bald. l. 1. & ibi Ias. num. 45. ff. solut. matr. Rom. & Ias. l. 1. §. fin. arg. ill. text. ff. de fer. Abb. c. fin. num. 24. ff. de iudic. facit text. l. 2. & l. solet ff. de fer. l. omnes C. eod. tit.*

10 Et † à sententia in hisce caussis lata pro hoc, vt strepitus siue sonitus impediens studia vel ministeria diuina remoueatur, appellare non permittitur. *Bald. l. 1. C. si de moment. possess. appell. Alex. l. 1. §. fin. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 12. Felin. c. fin. n. 16. extra de iud. arg. l. fin. ff. de appellat. recip.*

11 Præterea † licet omnis sonitus siue strepitus impediens, vel studia liberalia, vel diuina ministeria, & remoueri & prohiberi debeat, tamen propter sonitum siue strepitum neq; Professor à legendo, neq; Sacerdos siue

Concionator à prædicando siue alia diuina ministeria peragendo desistere debet. *glos. c. scimus arg. ill. text. dist. 43. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. §. fin. de stud. lib. vrb. Rom. lib. 12. Felin. c. fin. n. 16. Extra de iudic. facit. text. c. sit rector. circ. fin. dist. 43. c. nolite* 11. *q. 3.*

§ VICESIMVS PRIMVS.

De Ædificijs arboribusq́ ac similibus in aere supra alienum solum pendentibus.

SVMMARIA.

1. Aër supra solum, eo iure quo solum censetur. & num. 13.

2. Iurisdictionem habens in solo, habet & iurisdictionem in aëre supra solum.

3. Territorium quid sit?

4. Territorij appellatione continetur etiam aër eius loci, in quo quis iurisdictionem habet. & num. 7.

5. Territorio continetur etiam mare quod est iuxta terram iurisdictionis cuiusq́.

6. Mare ita commune est vt aër.

8. Territorio aliquo prohibitus, nec in aëre eius territorij morari potest.

9. Gonella punitus, quod territorium Ferrariense ingressus vasto facto.

10. In arbore aliqua existens quo in territorio sit? & num. 11.

12. In arbore delinquens, non ibi forum sortitur, vbi arbor posita, sed vbi in aëre est, seu, quem in locum ramus, in quo delinquens stat, prependet.

14. Aedificare in aëre, supra solum alienum, inuito domino non licet. nec supra solum commune inuito socio ibid. num. 15.

16. Aedificare in solo alieno non licet, inuito domino.

17. Aedificare in communi solo non licet, socio inuito.

18. Aedificij in & supra solum alienum differentia.

19. Aedifi-

19. Aedificium in solo alieno dominus possidens, propria autoritate tollere potest.

20. Aedificatum supra solum alienum dominus tollere nequit auctoritate propria.

21. Arboris alienæ rami ædibus meis impendentes, si non tollantur à domino, possum eos succidere, non existente contradictore.

22. Aedificatum in fundo meo, meum efficitur.

23. Aedificatum in aëre supra solum meum, non efficitur meum.

24. Fructus rami, arboris meæ, alienum in fundum pendentis, mei sunt.

25. Fructuum meorum, alienum in solum decidentium nomine, interdictum mihi competit, de glande legenda. Fallit hoc iure saxonico. ibid. num. 26.

27. Aedificare supra solum publicum an liceat? remissiuè.

28. Aedificare supra solum meum quod seruitutem debet, possum, dummodo seruiti uti non noceatur.

SExtò † licet aër communis sit, aër tamen qui est supra 1 solum aliquod eodem iure quo solum ipsum censetur. *l. fin. in prin. ff. de seruit. l. fin. §. fin. ff. Quod vi aut clam. glos. l. si duo §. item videamus & 1. ff. uti possid. glos. l. pen. §. pen. ff. Quod vi aut clam. Paul. Castr. l. diuortio §. si vir, num. 4 ff. solut. matr. & cons. 3. num. 4. cons. 140 col. 1. circ. fin. Cæpol. in tract. de seruitut. rustic. præd. cap. 22. quod est de Montib. num. 4. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. cum argentifodinis num.* 11. *Goed. cons. 2. num. 20. lib. 2.*

Ideoq; † eum qui habet iurisdictionem in loco aliquo & in aëre, qui est supra istum locum, iurisdictionem habere iudico, *prout hoc expresse tradit Bald. cons. 420. num. 1. & 2. lib. 1. arg. l. 1. & ibi Bart. C. de class. lib. 11. l. Cæsar ff.* 2

de

de publ. l. Insulæ & ibi Ang. ff. de iudic. iunct. §. Insulæ instit. h. t. Bart. in tractat. de Insul. col. 2. Ang. l. sane si maris ff. de iniur. Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 26. n. 10.

3 Et cum † territorium ille locus dicatur, in quo quis habet potestatem terrendi & submouendi, iurisdictionem

4 nempe, *l. pupillus §. territorium ff. de verb. signif.* ego † territorij appellatione, non tantum terram in qua quis iurisdictionem habet, sed etiam aërem qui est supra illam terram contineri statuo, *prout hoc tradit Hieron. de Mont. in tractat. de fin. cap. 7. n. 8.*

5 Namq; † cum territorij appellatione comprehendatur etiam mare, quod est iuxta illam terram in qua quis iurisdictionem habet. *glos. & Doctores c. vbi periculum §. porro verb. territorio de elect. lib. 6. Cæpol. in tract.*

6 *de seru. rust. præd. cap. 26. num. 26.* quodq; † æque commune est, sicut aër communis est. *l. 2. h. t. nost. §. 1. inst.*

7 *eod.* certè † multò magis aër siue cœlum, quod est supra illam terram, in qua quis iurisdictionem habet appellatione territorij contineri debet.

8 Itaq; is cui interdictum est morari intra fines alicuius territorij, non tantum terrâ, sed etiam aëre illius loci se abstinere debet. *arg. l. Iulianus in prin. ff. de legat. 3. l. si pluribus ff. de legat. 2. l. 1. ff. de legat. præst.*

9 Eamq; † ob causam rectè punitus fuit Gonella, qui cum ei sub capitali pœna interdictum erat, ne in ciuitate vel territorio Ferrariensi moraretur, curru in quem terram patauinam posuit se in territorium Ferrariense vehi curauit, prætendens se non in territorio Ferrariensi sed patauino esse. *Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 43. num. 8.*

10 Porrò, † licet aliqui Doctores tradant, eum qui est

in

in arbore censeri in territorio illo esse, in quo sita est. *Cæpol. in d. tract. cap. 43. num. 8.* Ego † tamen credo eum 11
qui in illa arbore, quæ iuxta fines alicuius territorij posita, ramos intra fines alterius territorij porrigit, censeri non in territorio illius loci in quo arbor posita est, sed in territorio illius loci super quē ipse in ramis illius arboris degit, *arg. l. fin. in pri. ff. de seru. l. fin. §. fin. ff. Quod vi aut clam.*

Ideoq; † qui existens in arbore positâ in finibus vnius territorij & protendente ramos intra fines alterius 12
territorij vel contrahit vel delinquit non in illo territorio, in quo arbor posita est, sed in quo ipse in aëre super arbore degit forum sortitur. *Authentica qua in prouincia C. vbi de crimin. ag. oport. c. fin. & ibi Abb. & Felin. Extra de for. compet. glos. l. hæres absens §. antepen. verb. debebit. ff. de iudic.* Præterea cum aër, qui est supra solum aliquod, eodem iure, quo solum ipsum censeatur, *l. fin.* 13
in prin. ff. de seruitut. receptum est, † perinde prohibitum esse in aëre quid facere, aut ædificare vel supra so- 14
lum alienum inuito domino, *l. quemadmodum §. 1. ff. ad leg. aquil. l. si duo §. item videamus el. 2. & ibi glos. ff. vti possid. l. fin. ff. de arbor. cæd. l. 1. & ibi glos. & Bald. C. de interdict. l. 1. ff. de seruit. vrban. præd. Cæpol. in tract. de seruit. vrban. præd. cap. 32. num. 2. cap. 41. num. 2. cap. 54. num. 7. cap. 55. num. 1. cap. 60. num. 2. cap. 62. num. 10. cap. 63. num. 3.* vel † supra solum commune inuito socio, *l. si* 15
duo §. Labeo & ibi Bart. ff. vti possid. Cæpol. in d. tract. de seruit. vrb. præd. cap. 30. num. 7. cap. 33. num. 3. & cap. 60. num. 2. sicut † in solo alieno quid inuito domino, *arg.* 16
l. imperatores & l. sed si interme, in prin. ff. de seruit. vrb. præd. l. 3. & l. naturalem §. apum ff. de adq. rer. domin. l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur. l. altius C. de seruit. & aq. l. quosdam

17 *dam eo ibi gloſ. C. de metal. & metallat. lib. 11.* & † in ſolo communi quid inuito ſocio, facere vel ædificare prohibitum eſt. *l. Sabinus ff. commun. diuid.*

18 Illud † tamen, quod in ſolo alieno ædificatum eſt, plurimum differt ab illo, quod ſupra ſolum alienum æ-
19 dificatum ſiue extructum eſt. Namq; † ædificium in ſolo alieno, dominus idemq; poſſeſſor propria auctoritate tollere atq; diruere poteſt. *l. quemadmodum §. ſi proiectum & ibi Bart ff. ad leg. Aquil. l. ſed ſi inter me, in prin. & ibi gloſ. ff. de ſeruitut. vrban. prædior. l. fin. §. ſi ad ianuam & ibi Bart. ff. Quod vi aut clam. l. 1. C. vt nemin. lic. ſin. iudic. Authentica ſign. reb. priuat. impon. Bart. Alex. & Iaſ. l. 1. §. nunciatio ff. de oper. nou. nunciat. Cæpol. in tract. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 30. num. 8. & 9.* ædificatum
20 † verò ſiue extructum in aëre ſupra ſolum alterius, dominus ſoli propria auctoritate deſtruere atque tollere non poteſt. *l. quemadmodum §. ſi proiectum & ibi Bart. ff. ad leg. aquil. Cæpol. in tractat. de ſeruitut. vrban. prædior.*
21 *cap. 30. num. 12. & 13.* niſi † vel arbor vel rami arboris alienæ impenderent ædibus meis, atq; dominus illius arboris admonitus, arborem illam non adimat, tunc enim ſi reſiſtentem non inuenero, propria auctoritate iſtam arborem ſuccidere. *l. 1. & ibi Bart. ff. de arbor. cadend. Cæpol. in tract. de ſeru. vrb. præd. cap. 81. n. 4.*

22 Præterea † licet ædificatum in fundo meo, meum efficiatur. *l. qui domum ff. ad leg. aquil. l. adeò §. ex diuerſo & l. ſi ſupra ff. de adq. rer. domin. l. obligationum fere §. pla-*
23 *cet ff. de act. & oblig.* ædificatum † tamen in aëre ſupra meum ſolum, meum non efficitur. *Cæpol. in tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 33. n. 4. arg. l. quemadmodum §. 1. ff. ad leg.*
24 *aquil.* vſq; † adeò, vt rami arboris mei impendentes fundo

do alterius,omnesq; fructus in hiſce ramis nati mei ſint,
mihiq; † pro hiſce fructibus,ſi illi in fundum alterius ce- 25
ciderint,interdictum de glande legenda,detur.*l.Iulianus §.glans ff. ad exhib.l.1 & ibi Bart. ff. de glan. legen. Cæpol. in tract. de ſeru.vrb.præd.cap.81.n.14.*

Quamuis † iure Saxonico in hoc contrarium ſtatu- 26
tum reperiatur: namq; fructus cadentes ex ramis arboris meæ impendentibus fundo alieno,domini illius fundi in quem ceciderunt,remanent, nec mihi illos repetere interdicto vel actione aliqua licet. *art.52. & ibi gloſ.* Landrecht. *lib.2.& art. 127. & ibi gloſ.* Weichb.

Vtrum † autem ſupra ſolum publicum in aêre quid 27
facere vel ædificare liceat, *vide te l. 2. §. tractatum ff. ne quid in loc. publ. l. ſi vero §. prætor ait, el. 1. ff. de his qui deic. vel eff. Specul. §. fin. ver. pen. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet. Cæpol. in tract. de ſeru. vrb. præd. cap. 30. n. 12. cap. 33. n. 5. cap. 41. n. 2. cap. 54. n. 7. cap. 55. n. 1. cap. 60. n. 1. & cap. 63. n. 3.* Supra
† verò ſolum meum,quod alteri ſeruitutem debet,in aë- 28
re meo ædificare me poſſe, clari iuris eſt, modo per hoc ædificium, ſeruitus alteri debita non impediatur. *l. hoc iure §. fin. ff. de aq. coll. id. Bald. l. lapilli quæſt. pen. ff. de rer. diuis. Cæpol. in tract. de ſeru. vrb. præd. cap. 60. num. 8.*

§ VICESIMVS SECVNDVS.

De fumo.

SVMMARIA.

1. *Fumum in ſuo, ad alterius apes vel animalia fuganda vel interficienda, facere non licet.*
2. *Fumum alterius ædibus iniuriandi animo immittere non licet.*

 3. Iniuri-

3. Iniuriandi animus in dubio non præsumitur in fumum alienis ædibus immittente.

4. Fumum alterius ædibus seruitutis iure immittere non licet.

5. Fumum nimis grauem insuetumq; in suo facere non licet, qui ad alium veniat.

6. Fumum immittere ædibus alienis licet habenti hanc seruitutem.

7. Fumum facere quis in suo potest citra iniuriandi animum, seruitutemq; pro familia sua, etiamsi ignis inconsuetus sit fumusq; ad vicinum veniat.

8. Fumo corrupto lædens punitur extra ordinem.

1 SEptimò † licet aër communis sit, nemini tamen permittitur in suo fundo facere talem fumum, per quem vel alterius apes fugentur, vel apes aut alia animalia alterius interficiantur. *l. si quis fumo, in prin. ff. ad leg. Aquil.*

2 Similiter † etiam nemini permittitur ex suis ædibus vel inferioribus vel vicinis in ædes superiores vel vicinas fumum immittere, eo casu quando hoc fit vel animo in-
3 iuriandi. *l. pen. ff. de iniur.* Quod † tamen in dubio non præsumitur. *glos. l. fluminum §. fin. ff. de damn. infect. arg. l. merito ff. pro Soc. l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. cre-*
4 *ditor ff. de furt.* vel † quando quis eo casu, quo seruitus immittendi fumum in ædes superiores vel vicinas constituta non est, immittere vult fumum in ædes alterius iure seruitutis. *l. sicuti §. Aristò & ibi glos. & Bart. ff. si ser-*
5 *uit. vindic.* aut † in suo facit fumum nimis grauem, inconsuetum vel insolitum. *l. sicuti §. Aristo & ibi Bart. Paul. de Castr. & Florian. & §. fin. ff. si seruit. vind.*

6 Ei verò † qui habet seruitutem immittendi fumum in ædes alterius, indistinctè in eas fumum immittere permittitur. *glos. d. §. Aristo.*

Si-

Similiter † & illi cui hæc seruitus debita vel consti- 7
tuta non est, permittitur in suo fundo vel domo, citra tamen animum iniuriandi & citra ius seruitutis facere ignem solitum & consuetum pro vsu suo & familiæ suæ, etiamsi fumus ex hoc igne descendens in ædes alterius immittatur. *d. l. sicuti §. Aristo & §. fin. ff. si seru. vindic. l. pen. ff. de iniur. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 31. num. 3. cap. 51. num. 4. & cap. 53.*

Præterea † is qui fumo corrupto peremerit vel læ- 8
serit extra ordinem punitur. *l. 1. §. de var. & extraord. criminib.*

§ VICESIMVS TERTIVS.

De odore.

SVMMARIA.

1. *Aër non recipit æstimationem.*
2. *Odoris precium tabernarius quidam petens, derisus est.*
3. *Aëris ob salubritatem vel insalubritatem fundus maioris vel minoris precij est.*
4. *Minor in emptione aut venditione fundi, ob aëris salubritatem, læsus, restituitur.*
5. *Pestilentem domum ignoranter ementi redhibitoria competit.*
6. *Intellectus l. 1. §. si rem. ff. si quid in fraud. patroni.*
7. *Aëris affectio specialis nullam æstimationem habet. fallit ibid. num. 8. remissiuè.*
9. *Aëris affectio communis attenditur eiusq́ in venditionibus ad augendum vel minuendum precium ratio habetur.*
10. *Odorum quasi vsusfructus constitui potest.*

1 OCtauò licet † aër per se æstimationem non reci-
2 piat: ideoq; † meritò derisus sit tabernarius ille Parmensis qui precium odoris petijt. *Abb. cap. 3. n. 4. Extra de consuet.*

3 Fundum † tamen vel domum venditam propter salubritatem aëris maioris, & propter insalubritatem minoris precij censendum, traditum est. *Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap 45. n. 4. arg. l. si prædium & ibi Bald. C. de ædil. edict. l. quod sæpe §. fin. ff. de contrah. empt.*

4 Vsq; † adeò vt minori læso in emptione vel venditione fundi propter aëris salubritatem in integrum restitutio concedi debeat. *arg. l. si in emptionem ff. de minor.*

5 Vtq; † emptori qui fundum vel domum pestilentem ignoranter emit, redhibitoria agere permittatur. *d. l. si in prædium.*

6 Nec † obstat huic decisioni textus qui vult, non esse considerandam eam affectionem quam quis ad cœlum siue aërem alicuius loci habet, *l. 1. §. sed si rem ff. si quid in fraud. patr.* Namq; ille textus loquitur de specia-
7 li affectione aëris, illius † enim regulariter nulla æstimatio est, *arg. l. si seruum ff. ad leg. aquil. l. pretia rerum in prin.*
8 *ff. ad leg. Falcid.* exceptis † tantùm casibus specialibus, *de quibus in l. competit. §. 1. ff. quod vi aut clam. Bart. l. 1. n. 12. C. de sentent. quæ pro eo quod inter.*

9 Secus † est in communi affectione aëris alicuius loci: illius enim & ratio habetur, & secundum illam res vendita vel maioris vel minoris precij iudicatur, *d. l. si seruum, d. l. precia rerum.*

10 Porrò † annotandum est, odorum quasi vsumfructum constitui posse, *l. pen. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum.*

VICESI-

§ VICESIMVS QVARTVS.

In quo explicatur materia aquæ profluentis.

SVMMARIA.

1. Definitio ad intellectum cuiusq; materiæ necessaria est.

2. Aqua profluens quid significet, & n. seqq.

3. Aqua profluens communis est, indistinctè. & n. 4.

5. Lex generaliter & indefinitè loquens, generaliter indefiniteq; intelligenda.

6. Lex generaliter & indefinitè loquens, non est à nobis distinguenda.

8. Interpretatio ea amplectenda in dubio, quæ verbis conuenit.

9. Fluentis commune poculum est.

10. Aquæ & ignis interdictio, ideò veteribus vsurpata, vt rebus ad vitam communibus necessarijsq; carerent.

11. Flumina riuiq; communes non sunt.

12. Flumina riuiq; vel priuati, vel publici iuris censentur.

13. Fundo siue solo quod imminet, eiusdem cum solo iuris est.

14. Aqua supra solum existens solo non cedit.

15. Aquam ex publico haurire nemo prohibetur, ad quemcunq; vsum.

16. Ire seruitutis nomine pro hauriendâ aquâ è publico vel priuato flumine, per fundum alienum non permittitur.

17. Aquam turbare, spurcare, contaminare, inficere nemini permittitur.

18. Aquâ in publicâ vel priuatâ nemini permittitur lauare bestiarum more vel quid aliud facere, quo aqua contaminetur, conspurcetur, inficiatur. declaratur hoc ibid. n. 19. & 20.

21. Aqua è publico vel priuato hausta, fit haurientis propria.

22. Aquam è publico priuatoúe haustam vendere, donare, legare, in stipulationem, aliumúe contractum deducere licet.

Explica-

EXplicauimus hactenus ea, quæ ad primam speciem rerum communium, aëris nempe materiam spectant; proximum nunc atq; consequens est, explicare ea, quæ ad materiam aquæ profluentis pertinent.
1 Et † cum nulla materia dextrè intelligi vel percipi possit nisi cognitâ atq; perspectâ definitione siue descriptione illius materiæ quam quis tradere vel discere cupit. *Bald. in prælud. feud. col. 3. Beneuen. Strac. in tractat. de Mercat.* 1. *part. num. 1. arg. l. 1.* §. 1. *ff. de dol.* ego ex re vestra esse duxi, ante omnia declarare, quid sit aqua profluens atq; quomodo hoc vocabulum, *aqua profluens*, in proposito nostro accipiendum vel intelligendum sit.

2 Et † licet aliqui Doctores velint, in proposito nostro, appellatione aquæ profluentis aquam pluuialẽ siue de cœlo cadentem tantum contineri. *glos.* §. 1. *verb. aqua profluens, instit. de rer. diuis. Bald. Rubr. num. 1. h. t. nost.*
3 Ego † tamen veriorem iudico illorum Doctorum sententiam, qui volunt, aquam profluentem, quatenus est elementum indistinctè communem esse, siue illa aqua sit pluuialis, siue non, item siue illa aqua profluat in flumine publico, siue in flumine priuato, *glos. l. item lapilli & ibi Bald. in prin ff. h. t. nost. Ioan. Fabr. & Ang.* §. *1. instit. de rer. diui.*

4 Tùm † quia textus generaliter & indistinctè dicit aquam profluentem communem esse, nec distinguit vtrum illa aqua sit profluens an verò non, item vtrum
5 illa aqua fluat in flumine publico an vero priuato. *l. 2. h. t. nost.* §. 1. *instit. eod.* & † certi iuris est, quod te-
6 xtus generaliter & indefinitè loquens, generaliter & indefinitè intelligendus. *l. 1. ff. de legat. præst.* nec † à nobis distinguendus sit. *l. de precio ff. de public. in rem act.*

Tùm

Tùm † quia hæc interpretatio verbis textus conue- 8
nit,& † certum est, eam interpretationem in dubio am-
plectendam quæ verbis conuenit. *Arg. l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercit. act. l. non aliter in prin. & l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3.*

Tùm † quia lex alibi inquit,fluentis commune po- 9
culum esse. *l. cum super C. de re milit. lib. 11.*

Tùm † quia etiam veteribus moris fuit, illis quos 10
mortuorum loco reputabant, quosq́; viuos omnium il-
lorum, quæ ad vitam sustentandam faciunt, vsu carere volebant,aquâ & igni interdicere. *§. minor instit. de capit. dimin. l. 3. ff. de publ. iudic. §. publicorum instit. eod. tit. l. 3. ff. ad leg. Iul. pecul. l. 2. §. constat. ff. de pœn. §. deportatio Authentica de nupt.*

Porrò † licet aqua communis sit, flumina tamen 11
& riui fluminum communia non sunt, *Bald. c. 1. in prin. Quæ sint regal.* Sed † illa vel priuati vel publici iuris cen- 12
sentur. *l. 1. ff. de flumin.*

Nec † obstat huic nostræ decisioni, quod id, quod 13
est supra solum aliquod, regulariter eodem iure censea-
tur, quo censetur ipsum solum, *l. adeò §. Cum in suo ff. de adquir. rer. domin. l. 1. in prin. ff. de seru. l. fin. §. fin. ff. Quod vi aut cl.* Namq; † hoc fallit in aqua quæ est supra solum 14
aliquod: illa enim solo non cedit. *Bart. in tract. de alueo. verb. nouus Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 25. arg. l. adeò §. insula ff. de adq. rer. dom. Ias. l. quo minus num. 47. ff. de fluminib.*

Et † cum aqua communis sit, nemo prohiberi po- 15
test ex publico vel priuato flumine aquam haurire, vel
ad bibendum, vel ad alium vsum. *Arg. l. si fratres § item*

Mela ff. Pro Soc. glos. l. Sabinus ff. comm. diuid. Dyn. c. in re communi de reg. iur. lib. 6.

16 Licet † cuilibet permissum sit prohibere alium cui seruitus debita non est, per suum fundum ad priuatum vel publicum flumen hauriendi aquam gratia accedere. *Arg. l. divus ff. de seruit. rustic. prad. l. 3. & l. naturalem §. fin. ff. de iniur. §. fera & §. apum instit. h. t. nost.*

17 Præterea † ex hac conclusione, quæ vult aquam profluentem communem esse, descendit, quod nemini permittatur aquam turbare, spurcare, contaminare vel inficere. *l. 1. §. 1. & ibi glos. ff. de extra crim. l. cum super C. de re milit. lib. 12. Card. Paris. cons. 110. lib. 4. text. l. apud*
18 *Trebatium in prin. ff. de aq. pluv. arcend.* quodq; † nemini permissum sit bestiarum more in aqua publica vel priuata balneare, vel pannos, pelles, vel simile quid, in flumine publico vel priuato lauare, ex quo fluminis contaminatio, conspurcatio vel infectio sequi posset. *d. l. cum super*
19 *& ibi glos. & Bart. C. de re militar. lib. 11.* Quod tamen † tantùm procedit quo ad illos qui in inferiori parte flu-
20 minis habitant vel degunt: Secus † autem est, quo ad illos qui in superiori parte fluminis habitant vel degunt: illi enim prohibere nequeunt, quo minus quis in inferiori, parte fluminis vel se, vel pannos, vel pelles, vel quidaliud lauet. *d. l. cum super, & ibi Bart.*

21 Porrò † cum communis sit aqua quam quis ex priuato vel publico flumine haurit, haurientis propria efficitur. *Bald. l. item lapilli in prin. ff. de rer. diuis. Card. Paris.*
22 *cons. 129. lib. 4.* Ideoq; † hanc aquam vendere, donare, legare, in stipulationem vel alium contractum deducere licet, *l. 1. & l. Mela §. quidam ff. de alim. & cibar. leg. facit l. si in emptione §. 1. de contrah. empt.*

§ VICE

§ VICESIMVS QVINTVS.

De Mari, & iure Nauigandi piscandiq; in mari.

SVMMARIA.

1. Mare commune est. ampliatur ibidem num. 5. 7.
2. Mare ab amaritudine dictum.
3. Mare quid sit?
4. Lacus, vel stagnum quid.
5. Terra vel arena, sub mari, communis est.
6. Maris dominium non acquiritur, quamuis centum, pluribusue annis, quis super mare steterit.
7. Mari imponi seruitus priuatâ lege nequit.
8. In Mari cuilibet permissum est piscari, nauigare. fallit ibid. n. 14. 24. 29. 31. 110. 117. 121.
9. In Mari, etiam ante ædes alterius, piscari, nauigare licet.
10. In Mari etiam ante alicuius ædes nauigare, piscari me prohibens tenetur iniuriarum.
11. Piscationum reditus in mari quatenus ad regalia pertineant? & num. 12.
13. Piscandi ius in mari omnibus commune est.
15. Nauigatio in mari quatenus quis regalia iurisdictionemq; in eo habet, prohiberi per eum potest.
16. Piscatio in mari quatenus quis in eo regalia iurisdictionemq; habet inhiberi per eum potest.
17. Viæ publicæ vsus à Domino territorij prohiberi potest.
18. Viæ publicæ vsus liber cuiq; ac permissus est.
19. Nauigatio, piscatio, in mari prohiberi à principe potest, tantùm ex iusta causa.

20. *Nauigatio piscatioq; in mari sine iustâ causâ à principe prohiberi nequit. & num. 26.*

21. *Venatio, aucupatio à principe sine iustâ causâ prohiberi non potest.*

22. *Viæ publicæ vsus à principe sine iustâ causâ non potest prohiberi.*

23. *Iure naturali vel gentium permissa princeps sine iustâ causâ prohibere nequit.*

25. *Piscari aut nauigare alium rectè quis in mari prohibet, cum ei ius piscandi, nauigandiúe, soli, princeps concessit.*

27. *Piscandi nauigandiq; in mari ius soli alicui non potest princeps sine iustâ causâ concedere.*

28. *Viâ vnâ prohibitum, aliâ permitti non debet.*

30. *Piscari, nauigare in iure ne possis stipulatione vel alio contractu obligare te potes.*

32. *Piscandi nauigandiq; ius, qui solus præscripsit, in mari, prohibere potest alium.*

33. *Præscriptio iuris piscandi nauigandiq; quomodo in mari fiat? & n. 34. 35. 36. elegantissimè.*

37. *In præscriptione iuris piscandi vel nauigandi, in mari, prohibitionem requiri, nullâ lege cautum.*

38. *Lege quod cautum non est, non oportet affirmari.*

39. *Præscriptio seruitutis vel alterius iuris procedit, si quis eo vtatur, iure proprio, siue id colligatur ex prohibitione, siue fama, siue aliunde.*

40. *Lex generaliter & indefinitè loquens generaliter & indefinitè intelligenda est.*

41. *Lex generaliter & indefinitè loquens non est à nobis distinguenda.*

42. *Piscandi ius in mari, non nisi tempore immemorabili acquiritur. & n. 4 . 44. 47. declaratur ibid. n. 48. 53.*

45. *Seruitutes aliaq; iura incorporalia absq; scientia & patientia omnium illorum, quorum interest, non præscribuntur nisi spacio immemorabili.*

46. *Piscatio, nauigatioq; in mari ne vni soli competat, omnium hominum interest.*

47. *Nauigandi ius in mari præscribitur tantum tempore immemorabili. declaratur ibid. n. 48.*

50. *Piscandi nauigandiq; ius, in mari, cum titulo, longi temporis spacio præscribitur.*

51. *Seruitus discontinua tantùm immemorabili tempore præscribitur.*

52. *Seruitus discontinua, cum titulo, præscribitur longo tempore.*

54. *Piscandi nauigandiq; ius in mari, contra alterum habentem iam ius formatum in mari, præscribitur longo tempore cum titulo: vel longißimo, sine titulo.*

55. *Vectigalis ius nondum formatum non nisi immemorabili tempore præscribitur.*

56. *Vectigalis ius contra eum, cui iam est formatum, præscribitur absq; titulo, longißimi: cum titulo, longi temporis spacio.*

57. *Piscandi vsus discontinuus est.*

58. *Præscriptio in iuribus discontinuis immemorabile tempus requirit: quando ea iura debentur à re rei. n. 59.*

60. *Præscriptio in iuribus discontinuis, quæ à re personæ, vel rei à persona debentur, cum titulo, longi: absq; titulo, longißimi temporis spatio, procedit.*

61. *Iurisdictio, absq; titulo, præscribitur triginta annis.*

62. *Iurisdictio quo ad vsum discontinua est.*

63. *Iurisdictio personæ potius, quàm prædij vtilitatem respicit.*

64. *Episcopi confirmandi ius discontinuum est.*

65. *Episcopi confirmandi ius non prædio sed personæ Archiepiscopi debetur.*

66. *Episcopi confirmandi ius præscribitur 30 annis.*

67. *Collectandi ius discontinuum est.*

68. *Collectandi ius non prædio sed personæ debetur.*

69. *Collectandi ius longißimo tempore præscribitur.*

70. *Venandi aucupandiq; ius 30 annis, absq; titulo, præscribitur.*

71. *Venandi aucupandiq; ius discontinuum est.*

72. *Pascendi ius non prædio sed personis competens cum titulo, longo: sine titulo, longißimo tempore præscribitur.*

73. *Liguandi ius personæ debitum longißimo tempore præscribitur.*

74. *Molendini vel furni coactiui ius contra incolas alicuius loci præscribitur longißimo tempore.*

75. *Molendini vel furni coactiui ius discontinuum est.*

76. *Cereuisiæ coquendæ ius 30. annis præscribitur.*

77. *Cereuisiæ coquendæ ius discontinuum est.*

78. *Præscriptio, in discontinuis iuribus, à re personæ, vel personæ rei debitis, absq; titulo procedit longißimo tempore.*

79. *Nauigandi piscandiq; ius in mari, à re personis, debetur.*

80. *Nauigandi piscandiq; in mari ius, cum titulo, præscribitur, longo tempore, etiam sine scientia & patientia eorum, quorum interest.*

81. *Præscriptio immemorialis in nauigandi, alioq; quouis iure, sine titulo, procedit, etiamsi non interuenerit scientia & patientia interessentium. & n. 82.*

83. *Piscandi nauigandiq; ius in mari, minori, quàm immemorabili tempore, sine titulo, absq; scientia & patientia interessentium non præscribitur.*

85. *Tituli allegatio necessaria non est in præscriptione immemoriali iuris piscandi & nauigandi in mari.*

86. *Tituli allegatio in præscriptione immemoriali regulariter necessaria non est. & n. seqq.*

87. *Contrarium sentientes allegantur & improbantur.*

88. *Tituli allegatio in præscriptione immemoriali requiritur vbi ius præscriptioni exprese resistit. quod verum in speciali, non generali resistentia ibid. n. 92.*

89. *Communia iure gentium præscribere volens habet ius commune contra se.*

90. *Specialis prohibitio potior & efficacior est.*

91. *Verba sunt in potiori significatione accipienda.*

93. *Piscandi in mari, nauigandiq; iuri, ius commune non resistit, in specie, eo casu, quo quis est in possessione.*

94. *Titulus, in his quæ sunt contra ius commune, necessarius tantùm est in his, quibus ius commune in specie resistit, non quibus in genere.*

95. Bona

95. *Bona fides in immemoriali præscriptione iuris piscandi & nauigandi in mari, necessaria est,*

96. *Bona fides in immemorabili præscriptione requiritur.*

98. *Bona fides præsumitur ex possessione immemorabili.*

99. *Bonæ fidei ex immemorabilis temporis possessione præsumtio est tantùm iuris non etiam de iure. & n. 102.*

100. *Bonæ fidei ex immemorabilis temporis possessione præsumtio non tantum contrariâ probatione, sed etiam fortiori præsumtione eliditur. & n. 103 104.*

105. *Sollemnitas extrinseca ex temporis antiquitate præsumta, probatione contrarij & præsumtione fortiori eliditur.*

106. *Solemnitas extrinseca ex temporis antiquitate præsumitur.*

107. *Titulus ex antiquitate temporis præsumitur.*

108. *Tituli contra præsumtionem, ex antiquitate manantem, probatio, & præsumtio admittitur.*

109. *Præsumtio qualibet ex antiquitate resultans probatione contrariâ tollitur.*

111. *Communia iure gentium acquiri priuatim possunt consuetudine.*

112. *Nauigatio piscatioq; certis hominibus tantùm vt in mari competat, acquiri potest consuetudine.*

113. *Consuetudo nauigationis piscationisq; in mari, certis tantùm hominibus vt liceat, quanto tempore introducatur?*

114. *Consuetudo super rebus de quibus populus eam introducens statuendi potestatem non habet, præscriptioni æquiparatur, omniaq; præscriptionis requisita desiderat.*

115. *Consuetudo nauigandi piscandiq; in mari, à populo, statuti desuper condendi potestatem habente, introducenda, nullum præscriptionis, sed consuetudinis tantùm requisita desiderat.*

116. *Consuetudo nauigandi piscandiq; in mari, à populo, statuti desuper condendi potestatem non habente, introducenda, indiget omnibus præscriptionis requisitis.*

117. Naui-

117. Nauigandi piscandiq; in mari ius praescribi potest.

118. Nauigationis piscationisq; quasi possessio in mari acquiri potest.

119. Nauigandi piscandiq; maris quasi possessione turbatus, agere contra turbantem potest.

120. Nauigandi piscandiq; maris ius possidens potest alium eo iure prohibere.

122. Nauigare, piscariq; in mari non omni tempore licet.

123. Nauigatio hyemali tempore à calendis Octobris vsq; ad Calendas Aprileis interdicta est. fallit hoc de consuetudine quorundam locorum ibid. num. 124.

125. Consuetudo vt omni tempore nauigare in mari liceat, valet.

126. Consuetudo omni tempore in mari nauigandi vbi viget attendenda & obseruanda est.

127. Consuetudinem omni tempore nauigandi maris sequentes excusantur, eo in loco, à pœna: & à culpa ibid. n. 128.

1 TErtia † species rerum communium est mare. *l. 2. h. t. nostro §. 1. instit. eod. l. littora ff. ne quid in*
2 *loc. publ.* quod † ab amaritudine dictum *Cæpol. in*
3 *tract. de seruit. rustic. præd. cap. 26. num. 20.* est † collectio multarum aquarum salsarum, vel in Oceano magno, vel in alio loco, Oceano magno, continuo tractu, coniuncto. *Bart. in tract. de Insul. in prin. Cæpol. d. cap. 26. n. 20.*
4 Namq; † si collectio aquarum salsarum Oceano magno non influat, illa collectio non mare, sed lacus vel stagnũ appellatur. *Bart. in d. tract. de insul. in prin.*

5 Et hæc † conclusio quæ vult mare commune esse; ampliatur vt non tantum mare, sed etiam illa quæ sub mari est terra vel arena communis sit. *§. littorum instit. de rer. diuis, Cæpol in tract. de seruitut. rustic. præd. cap. 27. num. 4.*

Vtq;

Vtq; † etiam is qui centum vel pluribus annis in na- 6
ui super mare stetit, dominium maris non adquirat. *Bald l. item lapilli in prin. ff. de rer. diuis.*

Deinde † hæc conclusio ampliatur, vt mari, quod 7
naturâ omnibus patet, priuatâ lege seruitus imponi nequeat. *l. vend'tor in prin. ff. com. præd.*

Et † ex hac conclusione quæ vult mare commune 8
esse descendit, quod cuilibet liberum atq; permissum sit in mari & piscari & nauigare. *l. 2. §. si quis in mari ff. ne quid in loc. public. l. iniuriarum §. si quis prohibeat ff. de iniur. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 26. num. 2. & cap. 42. num. 1. Dec. cons. 271. num. 1. Beneu. Strac. in tract. de Mercat. Rubr. de nauigat. in prin. num. 6.* etiam † ante 9
ædes vel prætorium alterius. *d. §. si quis prohibeat.* Vsq; † adeò vt is qui alium in mari etiam ante ædes suas pisca- 10
ri vel nauigare prohibet, iniuriarum conueniri possit. *d. §. si quis in mari & d. §. si quis prohibeat.*

Nec † obstat huic nostræ decisioni textus, qui dicit 11
piscationum reditus & principis esse, & inter regalia numerari. *c. 1. Quæ sint regal.* Namq; † ille textus tantum 12
procedit, in illis reditibus piscationum, quos princeps consuetudine siue præscriptione adquisiuit, alioquin † verò ius piscandi in mari omnibus commune est. *Al- 13
uarot. c. 1. n. 6. & ibi Præpos. n. 7. Andr. de Iser. & Matth. de afflict. ver. piscationum. Quæ sint regal. Dec. cons. 197. num. 3.*

Hoc † tamen quod dictum est, cuilibet liberum atq; 14
permissum esse in mari piscari & nauigare, fallit primò, quando princeps vel alius habens regalia, prohibuit in mari piscari vel nauigare. Namq; † certum est, princi- 15
pem vel alium habentem iura regalia, prohibere posse,

Ii ne

ne quis in mari iurisdictioni suæ subiecto nauiget. *Bart. Rubr. ff. vt in flum. public. nauig. lic. Ang. cons. 290. incip. Thema tale est. Ias. l. ex hoc iure, num. 27. ff. de iust. & iur. Beneuen. Strac. in tract. de mercator. Rubr. de nauig. in prin.*
16 *num. 6.* vel † piscetur, *Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd.*
17 *cap. 42. num. 3.* Sicut † & per viam publicam ire, siue vti
18 via publica, (quod † tamen omnibus alioquin liberum atq; permissum est, *l. per agrum C. de seruit. c. notandum 23. q. 2.*) princeps vel alius regalia habens prohibere potest. *Bald. c. 1. de form. fidelit. Aluarot. c. 1. num. 5. & ibi Præp. num. 2. Qual. vasal. fidel. iurar. deb. Matth. de affl. c. 1. in prin. n. 37. Quæ sint regal. Cæpol. in tract. de seruit. rust. præd. cap. 3. n. 19. Petr. Gerard. sing. 59.*
19 Quod † tamen ego tantùm procedere iudico, quando princeps vel alius regalia habens ex iusta atque legitima causa prohiberet nauigare vel piscari in mari. Nam-
20 que † absq; iusta & legitima causa, neq; principem, neq; alium iura regalia habentem prohibere posse, ne quis in mari piscetur vel nauiget, statuo. *Ioan. Fabr. §. flumina instit. de rer. diuis. Guid. pap. Decis. 414. Dec. cons. 197. &*
21 *cons. 271.* Sicut † neq; venationem neq; aucupationem, *Dec. cons. 197. & cons. 271. Bened. repetit. c. Raynucius v. r. vxorem nomine Adelasiam. num. 898. Extra de testam. Tiraquel. in tractat. de nobil. cap. 37. num. 150. Roland. à vall.*
22 *cons. 9. num. 1. cum seq. vsq. ad num. 13. lib. 2.* neq; † vsum viæ publicæ. *Matth. de affl. c. 1. ver. via publica num. 2. Quæ*
23 *sint regal.* neq; † alia quæ secundum dispositionem iuris naturalis vel gentium permissa sunt, princeps vel alius regalia habens, absque iusta & legitima causa prohibere potest. (*Arg. §. sed naturalia instit. de iur. nat. gent. & ciuil. glos. l. 1. ff. de constit. prin. glos. & Doctores l. fin.*

C. si

C. si contr. ius vel vtil. public. Doctores c. quæ in ecclesiarum. Extra de constit.

Secundò † hæc conclusio fallit, si Imperator alteri vel vendiderit vel alio titulo concesserit tale ius, vt ipse in aliqua parte maris solus piscari vel nauigare possit: tunc † enim is cui hoc ius concessum est, rectè prohibet alios in ista parte maris piscari & nauigare, *l. sane si maris & ibi glos. ff. de iniurijs. Cæpol. in tractat. de seruitut. rustic. prædior. cap. 42. num. 3. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. fluminibus num. 11. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. princ. Quæst. 6. num. 4.* Cum † tamen neq; Imperator neq; alius quilibet absq; iusta & legitima causa prohibere possit in mari nauigare vel piscari prout supra conclusimus, atq; per hanc venditionem siue cessionem alij omnes saltem indirectò prohibeantur in mari piscari vel nauigare. 24 25 26

Ego † credo neq; Imperatori neq; alij permitti absq; iusta & legitima causa vni vendere vel alio titulo concedere hoc ius vt ipse solus in flumine publico piscari vel nauigare possit. Namq; † ad id quod vna via prohibitum est, nemo alia via admitti debet. *l. quæritur ff. de bon. libert. c. cum quid de reg. iur. lib. 6.* 27 28

Tertiò † hæc conclusio fallit in eo, qui se per stipulationem vel alium contractum obligauit in mari siue in certa parte maris non piscari vel nauigare. Namq; † quem se stipulatione vel alio contractu obligare posse vt nauigare vel piscari in mari nequeat, clari iuris est, *l. venditor in prin. & ibi Paul. de Castr. ff. commun. præd. Cæpol. in tractat. de seruit. rustic. præd. cap. 26. num. 1. & cap. 42. num. 3. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. fluminibus num. 11.* 29 30

31 Quartò † hæc conclusio fallit, in eo, qui præscripsit
hoc ius, vt ipse solus in aliqua parte maris piscari vel na-
32 uigare possit: Namq; † is alios volentes in ista parte ma-
ris piscari vel nauigare rectè prohibet. *l. si quisquam & ibi
glos. ff. de diuers. & tempor. præscript. glos. Ioan. de plat. &
Ioan. Falic. §. flumina instit. h. tit. de rer. diuis. Cæpol. in
tract. de seruit. rustic. præd. cap. 42. n. 3. Iacob. de S. Georg. in
tract. feud. verb. fluminib. n. 11.*

33 Non † tamen is qui longissimo vel etiam immemo-
riali tempore in aliqua parte maris solus nauigauit vel
piscatus est, præscribit hoc ius ne quis alius præter ipsum
in illa parte maris nauigare vel piscari possit. *l. fin. in prin.*
34 *ff. de vsucap.* nisi † constet illum iure proprio siue serui-
tutis in mari solum & nauigâsse & piscatum fuisse. *Arg.
l. fin. ff. quemad. seruit. amit. l. fin. ff. de itin. act. priuat. l. 1.
§. Aristo ff. de aq. cott. & æstiu.*

35 Et licet † aliqui Doctores velint ius piscandi vel na-
uigandi in mari, non nisi prohibitione interueniente &
patientia sit secuta præscribi, *Aym. Crauetta in tract. de
36 antiq. tempor. §. materia ista num. 81.* Ego † tamen credo,
eum qui solus vltra legitimum tempus iure proprio siue
iure seruitutis aliqua in parte maris piscatus fuit, etiam
non interueniente prohibitione præscribere hoc ius, ne
quis alius præter ipsum in mari piscari vel nauigare
possit.

37 Tum † quia nulla lege cautum est, in præscriptione
iuris piscandi vel nauigandi in mari prohibitionem re-
38 quiri. Et † certi iuris est, id, quod lege cautum non est,
minimè affirmandum esse. *l. si seruum §. non dixit ff. de
adq. hæred. l. illam & ibi Dec. & Ias. C. de collat. & inter cor-
poralia. Extra de translat. prælat.*

Tum

Tum † quia lex generaliter ſanxit præſcriptionem 39
iuris vel ſeruitutis procedere ſi quis aliquo iure vel ſeruitute aliqua, iure proprio vtatur, nec diſtinguit vtrum hoc quod quis aliquo iure ſiue ſeruitute aliqua iure proprio vſus fuit ex prohibitione, fama publica vel aliunde colligatur, *d. l. fin. ff. Quemad. ſeruit. amitt. l fin. ff. de itin. act. priuat.* Et † certum eſt quod lex generaliter & 40
indefinitè loquens, generaliter & indefinitè intelligenda. *l. 1. ff. de legat. præſt.* nec † à nobis diſtinguenda ſit. *l.* 41
de precio ff. de publ. in rem act.

Præterea † licet aliqui ex Doctoribus tradant, ius 42
piſcandi in mari vel in flumine publico præſcribi ſpacio 30. annorum. *gloſ. §. flumina inſtit. hoc. tit. de rer. diuis. gloſ. l. ſi quisquam ff. de diuerſ. & tempor. præſ. Bald. l. Item lapilli num. 5. quæſt. 2. ff. de rer. diuis. Ias. l. quo minus num. 99. ff. de flumin. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. fluminibus num. 12. Aegid. Bellem. conſ. 7. col. 2. Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp. 4. part. §. materia iſta num. 82.*

Doctores tamen † magis communiter ** conclu- 43
dunt, ius piſcandi in mari vel flumine publico adquiri **
non præſcriptione longi vel longiſſimi temporis, ſed præſcriptione illius temporis cuius in contrarium memoria non exſtat, *Ioan. de plat. & Ang. §. flumina inſtit. h. t. Cæpol. in tract. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 42. num. 3. Paul. de Caſtr. & Ang. l. fin. in prin. arg. ill. text. ff. de vſucap. Francis. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 6. Felin. c. de quarta col. pen. Extra de præſcript. facit text. l. diligenter C. de aq. duct. lib. 11.*

Cui † ſententiæ & ego ſubſcribo: Namq; certum eſt, 44
ſeruitutes † ſiue alia iura incorporalia abſq; ſcientia & pa- 45
tientia omnium illorum quorum intereſt, non præſcri-

Ii 3 bi, niſi

bi, nisi ſpacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non exſtat. *Francis. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 4. part. princ. quæſt. 1. n. 13. arg. l. ſiue poſſeſſione ff. de vſucap. t. ſine poſſeſſione & ibi Dyn. de reg. iur. lib. 6. iunct. l. pen. ff. de ſeruit.*

46 Quare † cum omnium hominum qui in mundo viuunt, quibusque tàm nauigatio quàm piſcatio in mari communis eſt, interſit, nauigationem & piſcationem ab vno ſolo in aliqua parte maris non præſcribi, atq; impoſſibile ſit omnium vbiq; degentium ſcientiam & patientiam interuenire in illa piſcatione ſiue nauigatione, quam quis ſolus iure proprio in mari exercet, ſequitur,

47 † neq; ius piſcandi neq; nauigandi in mari præſcribi niſi ſpacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non exſtat.

48 Quod † tamen ita demum procedere iudico, ſi quis abſq; titulo iuſto & legitimo, vero vel putatiuo, ius nauigandi & piſcandi in mari præſcribere velit. Secus

49 autem † eſt, ſi is, qui vult ius piſcandi vel nauigandi in mari præſcribere, huius iuris titulum iuſtum & legiti-

50 mum verum vel putativum habeat. Eum † enim hoc ius ſpacio longi temporis præſcribere credo: argumen-

51 to † eorum, quæ Doctores in ſimili tradunt: licet ſeruitus diſcontinua non præſcribatur, niſi ſpacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non exſtet, ſeruitu-

52 tem † tamen diſcontinuam ſpacio longi temporis præſcribi ab eo qui illius ſeruitutis titulum iuſtum & legitimum, verum vel putatiuum habet. *Paul. de Caſtr. l. ſeruitutes ff. de ſeruit. Cæpol. in tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 19. n. 9. Francis. Balb. in tract. de præſcript. 2. part. 4. part. princ. quæſt. 1. num. 4.*

Deinde

Deinde † hæc conclusio procedit, illo casu, quando 53
quis ius nauigandi & piscandi in mari nondum formatum siue nulli competens præscribere vult: Secus † au- 54
tem est, si quis ius nauigandi & piscandi in mari iam formatum siue alteri competens, ex priuilegio, præscriptione vel alio iure, præscribere vellet: ad huius enim præscriptionem non requiritur spacium illius temporis cuius in contrarium memoria non exstat, sed sufficit spacium temporis vel longi, si quis hoc ius titulo aliquo vero vel putatiuo possideat, vel longissimi, si quis hoc iure absq; titulo aliquo iusto & legitimo vero vel putatiuo vtatur.

Quæ † sententia probatur ex eo, quod Doctores in 55
simili tradunt, licet ius exigendi Pedagium vel vectigal nondum formatum siue nulli competens non præscribatur, nisi spacio illius temporis cuius in contrariũ memoria non exstet: ius † tamen exigendi pedagium vel 56
vectigal iam formatum alteri ex præscriptione priuilegio vel alio iure competens absque titulo spacio longissimi & cum titulo spacio longi temporis præscribi. *Bart. l. si pub. §. fin. ff. de publ. Salic. l. vectigalia C. nou. vectig. inst. non pos.. Ant. de Butr. c. peruenit. ext. de cens. Franc. Balb. in tract. de præs. 2. part. 5. part. princ. quæst. 4. n. 2.*

Nec † obstat huic nostræ sententiæ, quod vsus pisca- 57
tionis discontinuus sit, quodq; ea † iura, quæ discontinua 58
sunt, non præscribantur, nisi spacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat. *glos. & Doctores l. seruitutes ff. de seruit.*

Namq; † respondeo, licet iura discontinua non præ- 59
scribantur, nisi spacio illius temporis cuius in contrarium memoria non extat. tamen hoc tantum procedere in illis iuribus discontinuis, quæ à re rei debentur;

Secus

60 Secus † autem esse, in illis iuribus discontinuis, quæ vel à re personæ vel à persona rei debentur: illa enim præscribuntur cum titulo spacio longi, & absq; titulo spacio longissimi temporis. Quæ sententia multis firmissimis rationibus probatur.

61 Et † primò hæc sententia firmatur per id, quod Do-
* ctores communiter* tradunt, iurisdictionem quæ quo†
62 ad vsum discontinua est, cum illa potius † personæ, quam
63 prædij vtilitatem respiciat, etiam absq; titulo præscribi spacio 30. annorum. *Cyn. l. 2. quæst. 6. C. de seruit. Bart. l. iusto §. non mutat ff. de vsucap. Aretin. cons. 153. incip. Consultatio col. fin. vers. secundo præmittendum Corn. cons. 268. num. 23. lib. 4. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. num. 9. cap. 19. Felin. c. de quarta num. 37. Extra de præscrip. Francis. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 5. part. principal. 3. quæst. princip. num. 4. 5. 6. & 7.*

64 Secundò † hanc sententiam confirmat id, quod traditur; licet ius confirmandi Episcopum discontinuum
65 sit, cum † tamen illud non prædio, sed personæ Archie-
66 piscopi debeatur: in † præscriptione huius iuris non requiri lapsum illius temporis cuius in contrarium memoria non exstat, sed sufficere lapsum longissimi temporis, triginta annorum nempe. *Sicut hoc expresse atq; in specie decidit Domin. c. non est, de consuet. lib. 6. & refert atq; sequitur Aufrer. in Decis. Tholosan. quæst. 324.*

67 Tertiò † hanc sententiam probat id, quod traditur,
68 licet ius collectandi discontinuum sit, cum tamen † hoc
69 ius non prædio, sed personæ debeatur, illud † cum titulo, spacio longi & absq; titulo spacio longissimi temporis 30. annorum nempe præscribi. *Sicut hoc decidit Alex. cons. 68. lib. 2. Felin. s. cum nobis extra de præscript.*

Curt.

Curt. Iun. conſ. 60. col. 2. in fin. Tiraquel. in tractat. de vtroq; retr. 1. part. §. 36. gloſ. 2. num. 41. Aym. Crauett. in tractat. de antiq. tempor. 4. part. §. materia iſt. n. 31. & 32.

Quartò † ad hanc ſententiam confirmandam adduci poteſt id, quod traditur, ius venandi & aucupandi, quod † per ſe diſcontinuum eſt, abſq; titulo præſcribi ſpacio 30. annorum. *Hieron. Schurff. conſ. 1. lib. 3. Dec. conſ. 197.* Quintò † pro hac ſententia facit id, quod Doctores tradunt, ius paſcendi, eo caſu, quo illud non prædio ſed perſonis, familiæ nempe nobilium, vel incolis alicuius ciuitatis, aut pagi debetur, præſcribi, cum titulo, ſpacio longi temporis; & abſq; titulo ſpacio longiſsimi temporis, 30. annorum nempe. *Paul. de Caſtr. conſ. 444. incip. in cauſa quæ vertitur col. 3. in fin. lib. 8. conſ. 3. incip. in cauſa quæ vertitur coram Domino poteſtatis Pergamin. & conſ.* 112. *incip. ſuper primò videtur dicendum dictam ſententiam, col. 2. poſt med. lib. 2. Aym. Crauetta conſ. 4. n. 5. Stephan. Bertran. conſ. 81. lib. 3. part. 2. conſ.* 179. *n. 1. & 2. lib. 4. Vaſquius in quæſt. illuſtr. cap. 83. n. 41. & 42.*

70 71 72 73

Sextò † hanc ſententiam comprobat & id, quod Doctores tradunt, ius cædendi ligna in ſylua vel nemore alterius debitum perſonis, familiæ nempe nobilium vel incolis alicuius ciuitatis vel pagi, præſcribi ſpacio longiſsimi temporis 30. annorum nempe. *Alber. de Roſat. l. ſicut §. ſi quid vniuerſitati ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. Card. Paris. conſ. 111. n. 65. lib. 1. Steph. Bertran. conſ. 179. n. 1. & 2. lib. 4.*

74

Septimò † hæc ſententia & aliâ ratione confirmatur. Namq; Doctores magis communiter ** tradunt, ** in præſcriptione illius iuris, quo quis præſcribere vult, vt incolæ alicuius loci, ciuitatis vel pagi ad ſuum molen-

dinum vel furnum accedere cogantur, quod † ius per se discontinuũ est, non requiri lapsum illius temporis cuius in contrarium memoria non exstat, sed sufficere cursum longissimi temporis scilicet 30. annorum. *Abb. c. Abbate S. Syluani. Extra de verb. signif. Cæpol. in tract. de seru. vrb. præd. cap. de furno. Ias. l. quo minus num. 32. & ibi Rip. ff. de flumin. Guid. Pap. quæst. 298. & quæst. 631. Albert. Brun. cons. 56. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum venationibus. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. princip. quæst. 5. n. 3. Aym. Crauet. in tractat. de antiq. temp. §. materia ista n. 99.*

76 Octauò † pro hac sententia confirmanda facit, quod
77 ius coquendi cereuisiam, licet † illud per se discontinuum sit, præscribatur spacio 30 annorum, sicut ante paucos dies de facto consultus de iure respondi.

78 Et sic † ex prædictis rationibus liquet, iura discontinua quæ vel à re personæ vel à personis rei debentur absque titulo præscribi spacio longissimi temporis, 30. an-
79 norum nempe. Cum † itaq; ius & nauigandi & piscandi in mari, debitum sit à re, mari nempe personis, sequitur hoc ius etiã absq; titulo præscribi, spacio 30. annorũ.

80 Porrò, † sicut reliqua iura incorporalia, ita quoque ius nauigandi & piscandi in mari cum titulo, spacio longi temporis præscribitur, etiam non interueniente scientia & patientia illorum quorum interest. *Petr. & Paul. de Castr. l. 2. & ibi Cyn. quæst. 7. C. de seruit. Paul. de Castr. l. seruitutes ff. de seruit. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 20. Felin. c. te quarta col. pen. Extra de præscript. Francis. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 4. part. principal. quæst. 1. n. 15. arg. l si ego §. 1. ff. de public. in rem. act. l. fin. C. de præscript. long. temp.*

Similiter

Similiter † & in præscriptione immemoriali iuris 81
nauigandi, perinde vt in alia præscriptione immemoriali iurium, licet in illa titulus non interuenerit, scientia & patientia illorum quorum intereſt non requiritur. *Anton. de Butr. repetit. c. peruenit. Extra de censib. Ioan. de Immol. l. si publicanus §. in omnibus ff. de public. Alexand. conf. 6. num. 4. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. ver. cum mero & mixto imperio. Felin. c. de quarta col. pen. & c. cum nobis. Extra de præscript. Ias. l. Imperium ff. de iurisd. om. iudic. Anton. Rubr. conf. 21. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 6. num. 22. 2. part. 4. partis principal. quæst. 1. num. 13. & 14. & 2. part. 5. part. princ. quæst 3. num. 8. Claud. Aquens. l. more ff. de iurisd. om. iud. Alciat. l. vnius ff. de verb. signif. arg. l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. cott. & æstiu. c. super quibusdam §. præterea. Extra de verb. sig. c. 1. de præscript. lib. 6.* Quæ † sen- 82
tentia & verior & communior * * eſt, quamuis contra- * *
rium, sed malè, teneat *Bart. l. si publicanus §. fin. ff. de public. Bald. conf. 352. lib. 1. Alexan. conf. 56. num. 18. lib. 5. Albert. Brun. conf. 66. col. 1. Francis. Balb. in tract. de præscript. 4. part. 5. part. princip. quæst. 6. n. 5.*

Minori † verò tempore, spacio illius temporis, cu- 83
ius in contrarium memoria non exstat, absq; titulo ius nauigandi & piscandi in mari præscribi non poteſt, nisi interueniente scientia & patientia illorum quorum intereſt. *Francis. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 4. princip. part. quæst. 1. num. 13.* Quamuis † in hoc contrarium te- 84
neant aliqui, volentes, in præscriptione iurium, etiam triginta annorum, non requiri scientiam & patientiam aduersarij. *Paul. de Castr. l. 2. C. de seruit. Cæpol. in tract. de seruit. vrb. præd. cap. 20.*

85 Vtrum † autem in præſcriptione immemoriali iuris piſcandi vel nauigandi in mari requiratur ſaltem allegatio tituli, dubitatur? In quo dubio, licet aliqui Doctores videantur concludere, etiam in præſcriptione immemoriali iuris nauigandi & piſcandi in mari, requiri allegationem tituli: *Cæpol. in tractat. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 26. num. 7.* Ego tamen iudico in præſcriptione immemoriali iuris & nauigandi & piſcandi in mari non re-
86 quiri allegationem tituli. Namq; † certum eſt, quod ſe-
* cundum communem * atq; receptam Doctorum ſententiam, in præſcriptione immemoriali regulariter non requiratur allegatio tituli. *gloſ. c. ſuper quibusdam § præterea verb. non exſtat. Extra de verb. ſignif. Feder. de ſen. conſ. 234. incip. ſuper primo puncto col. 2. verſ. maximè autem hoc procedit. Abb. conſ. 7. col. 4. verſ. ſed quamquam hæc lib. 2. Calder. conſ. 1. Tit. de libell. oblat. Socin. conſ. 128. col. pen. in fin. lib. 1. & conſ. 187. lib. 2. Guid. pap. quæſt. 408. Iaſ. l. ſi certis annis col. fin. 10. limit. C. de pact. Ludouic. Gozad.*
87 *conſ. 8. col. 8.* Quamuis † in hoc contrarium, ſed malè, teneat *Alex. conſ. 74. num. 20. lib. 4. Felin. c. accedentes col. 5. verſ. ſed diceres. Extra de præſcript. Curt. Iun. conſ. 158. col. 4.*

88 Nec † obſtat huic noſtro deciſioni id quod traditur, in præſcriptione immemoriali requiri allegationem tituli eo caſu, quo ius præſcriptioni expreſsè reſiſtit. *Felin. c. cauſam num. 7. Extra de præſcript.* quodq; eam ob cau-
89 ſam, cum † ius commune refragetur illi, qui ius nauigandi vel piſcandi in mari, vel alia, quæ iurisgentium communia ſunt, præſcribere vult, *l. fin. in prin. ff. de vſucap. Francis. Balb. in tract. de præſcript. 4. part. 5. part. princip. quæſt. 6. Aym. Crauet. in tracta. de antiq. tempor. 4. part.*

part. §. *materia ista num. 80. & 81.* necesse sit in præscriptione immemoriali iuris nauigandi & piscandi in mari allegare titulum: Namque † respondeo, cum specialis 90
prohibitio & potior & efficacior sit, *Arg. l. & ideo* §. *1. ff. Naut. caupon. stabul. l. quæro ff. de act. empt. l. si quis mihi bona* §. *sed vtrum ff. de adquir. hæred. l. Quintus,* §. *sed quod Quintus ff. de aur. & arg. leg. l. 1.* §. *dixerit aliquis ff. de publican. l. item apud* §. *ait prætor ff. de iniur. l. 2. C. de seru. pig. dat. manum. l. 2. C. de pignorib.* Atq; † quælibet verba in 91
aliqua dispositione posita in potiori significatione accipienda sint, *l. 1. ff. si ager. vectig. vel emph. petat.* illam † 92
doctrinam, quæ vult, in præscriptione immemoriali cui ius commune resistit, requiri allegationem tituli, procedere tantum illo casu, quando ius commune præscriptioni in specie resistit: Secus autem esse, quando ius commune præscriptioni in genere resistit. Cum † itaq; 93
ius commune in specie non refragetur iuri piscandi & nauigandi in mari, eo casu, quo quis est in possessione huius iuris, sequitur in præscriptione immemoriali huius iuris non requiri allegationem tituli.

Quod † etiam ex eo confirmatur, quod Doctores 94
tradunt, dispositionem *c. 1. ex. de præscript. lib. 6.* procedere tantùm eo casu, quando ius commune præscribenti siue posidenti in specie resistit, secus autem esse quando tantum in genere resistit. *Bald. l. 1. num. 18. C. de seruit. Petr. de Anchor. c. sine possessione de reg. iur. lib. 6. Felin. c. si diligenti 17. n. 9. Extra de præscript.*

In † præscriptione tamen immemoriali iuris pis- 95
candi & nauigandi in mari bonam fidem requiri Doctores tradunt. *Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 26. num. 7.* Cui sententiæ & ego subscribo. Namq; † certi 96

 & in-

& indubitati iuris est, etiam in præscriptione immemoriali, secundum communem atque receptam Doctorum sententiam, bonam fidem requiri. *glos. c. 1. verb. nisi, & ibi Philip. Franc. de præscript. lib. 6. Ang. §. furtiuæ instit. de vsucap. Bertach. in suo repert. ver. præscriptio quomodo causatur, vers. fin. Orland. de Curte inter consil. Calcanei cons. 6. col. penult. Barthol. de Vulp. int. consil. Calcan. cons. 53. col. 2. Ias. cons. 24. col. pen. lib. 3. Alexand. cons. 13. col. 4. in fin. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. principal. quæst. 6. num. 20. Aym. Crauetta cons. 146. in fin. & in tractat. de antiq. tempor. 4. part. §. materia ista num. 19. arg. c. fin. Extra de præscript. Cardin. Paris. cons. 26. num. 31. cons. 101. num. 113. lib. 1. & cons. 66. num. 128. lib. 3. Matth. de Afflict. Decision. Neapol. 368.*

97 Quamuis † in hoc contrarium, sed malè, teneat *Salic. l. 2. C. de seruit. & aq. Dec. l. traditionibus C. de pact. & cons. 496. & cons. 638. Boer. Decis. 39.*

98 Et † licet ex possessione vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non exstat, bona fides præsumatur, *Innoc. & Bald. c. si diligenti. Extra de præscript. Innoc. c. 2. Extra de in integ. restit. Abb. & Doctores c. consultationibus. Extra de iur. patron. Abb. cons. 89. col. 3. lib. 1. Alex. cons. 151. lib. 2. cons. 16. lib. 5. & cons. 78. lib. 6.*
99 *Aret. cons. 63.* Vsq; † adeò, vt aliqui Doctores velint, hanc præsumptionem bonæ fidei, ex cursu immemoriali descendentem esse præsumptionem iuris & de iure,
100 & † contra eam non solum probationem, *Anton. de Butr. c. cum nobis, & ibi Felin. num. 7. Extra de præscript.*
101 sed † etiam allegationem contrariam non admitti. *Paul. de Castr. cons. 169. col. 2. lib. 1.*

102 Ego † tamen credo præsumptionem bonæ fidei resultan-

ſultantem ex lapſu illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, eſſe præſumptionem non iuris & de iure,ſed iuris tantum,eamq́; † ob cauſam, hanc præ- 103
ſumptionem non tantum contraria probatione. *Aym. Crauetta conſ. 146. lib. 1. & in tract. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia iſta num. 20. & 21. arg. l. fin. in prin. ff. quod met. cauſ. l. ſi Chyrographum l. cum de indebito, §. 1. ff. de probat. l. nuptura in fin. ff. de iur. dot. c. is qui fidem. Extra de ſponſal. c. quicunq; Diſt. 80. l. filio quem pater ff. de liber. & poſth. l. 1. §. ſi quis filium ff. ſi tabul. teſtam. null. extent.* ſed
† etiam præſumptione fortiori elidi. *Felin. c. vigilanti. num. 12. Extra de præſcript. Boer. Decis. 211. num. 17. & 18. Aym. Crauetta in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. materia iſta num. 21. arg. l. Diuus ff. de reſtitut. in integr. l. non ſolum. ff. de rit. nupt. l. quia autem §. non ſimpliciter & ibi Ang. ff. ſi quis amiſſ. cauſ. teſtam. l. 1. C. Qui & aduerſ. quos. l. mater & ibi Ang. & Salic. C. de calumniat. l. Eum qui probabilem C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſi hi qui C. de adult. c. literas. Extra de præſumpt. c. tranſmiſſæ. Extra qui fil. ſint. legit. c. accedens. Extra de falſ.* 104

Quæ ſententia etiam ex eo comprobatur, quod tra- 105
ditur; licet † ex antiquitate temporis ſolennitas extrin- 106
ſeca præſumatur: hanc tamen præſumptionem tàm probatione, *Paul. de Caſtr. conſ. 81. col. 3. lib. 2. Felin. c. ſicut num. 33. Extra de ſentent. & re iudic. Ias. l. 1. num. 15. C. Qui adm. Ias. conſ. 176. col. fin lib. 2. Dec. conſ. 13. col. 1. conſ. 36. col. 3. in fin. & in c. quoniam contra col. 20. verſ. ſucceſſiuè. Abb. Extra de probation. Curt. Iun. conſ. 130. col. 2. Gozadin. conſ. 73. col. 1.* quàm præſumptione contrariâ fortiori tolli. *Abb. c. Albericus. Extra de teſtib. Corn. conſ. 144. col. 1. lib. 4.*

Deinde

107 Deinde † hanc sententiam confirmat id, quod traditur, licet ex antiquitate temporis titulus præsumatur,
108 contra † hanc tamen præsumptionem, tâm probationem, *Paul. de Castr. cons. 323. incip. Ex puncto transmisso, col. 2. lib. 2. Bellem. cons. 10. col. 10. in prin. vers. item & aliter respondeo, & col. 13. vers. plus dico. Alexan. cons. 113. col. 1. & 2. lib. 1. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 10. num. 21. Aym. Crauett. in tract. de antiq. tempor. 4. part. §. absolutis num. 60. Felin. c. de quarta num. 41. Extra de præscript.* quàm præsumptionem fortiorem contrariam admitti. *Francis. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 10. n. 21.*

109 Huc † accedit, quod generaliter quælibet præsumptio ex antiquitate temporis descendens, probatione contrariâ tollatur. *Abb. cons. 61. col. fin. vers. item antiquitas lib. 1. Cæpol. cons. 25. ad fin. lib. 1. Alex. cons. 113. num. 4. lib. 1. Dec. l. si certis annis num. 15. 16. & 17. C. de pact.*

110 Quintò † hæc conclusio fallit, si consuetudine con-
111 trarium introductum fuerit: Namq; † certi & indubitati iuris est, quod, sicut omnia ea, quæ iure gentium com-
112 munia sunt, consuetudine adquiri possunt, ita † & consuetudine introduci possit, ne quis præter certos aliquos homines, incolas nempe alicuius pagi vel ciuitatis in certa parte maris nauigét vel piscetur. *glos. & Bart. l. sane si maris ff. de iniur. Ioan. Fabr. & Ang. §. flumina, inst. de rer. diuis. Bald. Rubr. n. 2. ff. de rer. diuis. Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 42. num. 3. Fran. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. prin. quæst. 6. n. 2.*

113 Et † licet aliqui Doctores velint, hanc consuetudinem ne quis alius præter incolas certæ ciuitatis vel pagi in mari piscetur vel nauiget, decem annis introduci,

Francis.

Francis. Balb. in tract. de praescript. 4. part. 5. part. princip. quaest. 6. n. 3.

Cum tamen † consuetudo quae introducitur super 114
illis negotijs, in quibus ille populus, qui consuetudinem introducit, statuendi potestatem non habet, praescriptioni aequiparetur, atq; omnia requisita in praescriptione etiam in hac consuetudine requirantur. *Bart. cons. 136. num. 3. lib. 1. Bald. Rubr. num. 1. C. Quae sit long. consuet. Francis. Balb. 5. part. 5. part. princip. Quaest. 12. num. 7. Aym. Crauet. in tract. de antiquit. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad istam num. 10. 13. 17. 25. & 28. facit id quod tradit Feder. de Sen. cons. 91. incip. quod pater col. 2. ante fin. Alex. cons. 173. n. 8. lib. 6.*

Ego † credo,[i] siquidem is populus hanc consuetu- 115
dinem tàm nauigandi quàm piscandi in mari introducere velit, qui populus ex iusta & legitima causa tale statutum condere posset, ne quis alius praeter se, in ista parte maris piscetur vel nauiget, in hac consuetudine introducendâ neq; tempus neq; alia ad praescriptionem necessaria requiri, sed sufficere si in ea & tempus & alia requisita ad consuetudinem introducendam interueniant.

Sin † autem is populus, qui hanc consuetudinem 116
introducere vult, non posset tale statutum condere, ne quis alius praeter ipsum in certa parte maris nauiget vel piscetur: ego àd hanc consuetudinem introducendam, & tempus & omnia alia ad praescriptionem necessaria requiri statuo.

Sextò † cum ius tàm nauigandi quàm piscandi in mari 117
praescribi possit, ego † dubio omni carere statuo, quem 118
iuris & piscandi & nauigandi in mari quasi possessionem

adipisci posse. *glos. l. si quisquam ff. de diuers. & tem-*
por. præsc. glos. §. flumina, inst. de rer. diuis. Bart. & Ang.
§. fin. in prin. ff. de vsucap. Ang. cons. 290. incip. Thema tale
est, inter cætera capitula pacis. Ias. l. quo minùs n. 100. ff. de
flumin. Francis. Balb. in tract. de præsc. 4. part. 5. part. princ.
quæst. 6. n. 10. Crauetta in tract. de antiq. temp. 4. part. §. ma-
119 *teria ista, n. 80.* Cuius † quasi possessionis effectus duplex
est: primus est, quia si turbamur in ea, agere possumus
120 contra turbantem, *l. sanè si maris. ff. de iniur.* Secundus †
est, quia antequam expellamur, prohibere possumus, ne
quis nobis inuitis in ista parte maris nauiget vel piscetur
l. si quisquam ff. de diuers. & temp. præscript.

121 Septimò † licet in mari & nauigare & piscari omni-
122 bus hominibus liceat: tamen † non omni tempore na-
uigatio in mari permissa est. *l. vtiq. § fin. & l. qui petitorio*
§. fin. ff. de rei vindic.

123 Namq; † tempore hiemali *l. ciuitas ff. de offic. Rect.*
prouinc. à Calendis nempe Octobris vsque ad Calendas
Aprilis nauigatio interdicta est *l. quoties C. de naufr. lib.*
11. glos. d. l. qui petitorio §. fin.

124 Quamuis † huic sanctioni in multis locis consuetu-
125 dine contraria derogatum sit, quæ † consuetudo absque
dubio & valet, *arg. §. sed naturalia inst. de iur. nat. gent. &*
cum vicinis. *l. 3. §. effracturæ ff. de offic. præf. vigil. l. cum
qui insulam ff. de iudic. l. 3. §. si quis insulam ff. de eo quod
cert. loc. §. insulam in prin. ff. de locat. & conduct. l. stipulatus ff. de verb. oblig. l. continuus §. qui insulam ff. eod.
10 tit.* quandoq; † pro domo in mari posita. *gl. s. d. §. insula instit. hic glos. l. si insulam ff. de verb. oblig. Bart. in tract.
11 de insul. verb. insula.* Propriè † tamen & strictè insula dicitur non ciuitas vel domus in mari ædificata sed terra
aquâ circumdata, *glos. d. §. effractura verb. insulis Cepol. in tract. de seruit. rust. prædior. Francis. Rip. l. insulam ff. de verb. obligat.*

12 Ideoq; † dispositio quælibet faciens mentionem de
insula, non extenditur ad domum vel ciuitatem in loco
maris ædificatam, neq; etiam ad domum quæ non coniungitur communibus parietibus cum vicinis, *arg. l. [illegible] si is qui nauem ff. de exercit. act. l. non aliter in prin. ff. de legat. 3.*

13 Sicut † etiam Doctores tradidêre, eum qui legat
vel donat alteri omnia quæ in insulis habet, non intelligi legâsse vel donâsse ea quæ habet ipse Venetijs aut in
alijs domibus aut ciuitatibus in mari exstructis, vel etiam in domibus in terra positis, quæ alijs non iunguntur. *Bald. cons. 473. incip. Quidam emerunt lib. 1. Iason. d. l. qui insulam num. 9. & ibi Francis. Rip.*

14 Quod † tamen ita demum procedit, nisi vel constaret de contraria mente disponentis, *arg. d. l. non aliter in
prin*

prin. l. 3. & ibi Iason. C. de liber. præter. l. fin. C. quæ res pig.
obl. poss. vel † dispositio alioquin redderetur superua- 15
cua, nihilq́; operaretur; *l. si quando in prin. ff. de legat. 1. l.*
fundus qui locatus ff. de fund. instr. vel † communis vsus 16
loquendi *l. liberorum §. quod tamen Cassius & ibi Bart. ff. de*
legat. 3. vel † subiecta materia aliud suaderet: hisce † 17
enim casibus dispositio loquens de insula, etiam ad il- 18
lam insulam, quæ impropriè insula dicitur extenditur, *Arg. l. sed etsi possessori §. item si iurauero ff. de iureiur. l. si uno in prin. & ibi glos. Bart. & Bald. ff. de locat. & conduct. l. si stipulatus ff. de vsur. Ias. l. 3. notab. 2. C. de transact. Tiraquel. repetit. l. si vnquam verb. reuertatur n. 31. C. de reuocand. donat. Idemq́ in repetit. l. boues §. hoc sermone limit. 11. ff. de verb. signif.*

§ VICESIMVS OCTAVVS.

Heic incipiunt tractari limitationes ad regulam, quod mare omnibus commune sit, habeturq́ isto § prima limitatio, qua vberrimè pertractatur materia Iurisdictionis in Mari.

SVMMARIA.

1. *Iurisdictio in mari omnibus communis non est, sed ad eum spectat, qui in terrâ, iuxta mare, iurisdictionem habet. fallit. ibidem num. 51. 54.*
2. *Mare attribuitur terræ circumstanti.*
3. *Iurisdictionem habens in terrâ, habet etiam in mari vicino.*

comq; quò mare alteri terræ non est vicinius. & n. 4. ampliatur hoc ibid. n. 5. 6. 7. 9.

6. *Iurisdictionem in terra habens, habet etiam in insulis maris vicini.*

6. *Iurisdictio cuius in terra est, est & in portu maris adiacente.*

7. *Finium regundorum agere possunt, habentes confines iurisdictiones, in terrâ.*

8. *Finium regundorum agere possunt, habentes confines iurisdictiones, in mari.*

9. *Ciuitatis concessio comprehendit etiam iurisdictionem, tàm in mari, quàm terra, ad illam ciuitatem, pertinentem.*

10. *Prouincia à præside malis hominibus purganda est per terram.*

11. *Prouincia malis hominibus purganda est per mare.*

12. *Delinquens in terra forum sortitur, puniriq; potest in loco delicti.*

13. *Delinquens in mari forum contrahit, puniriq; potest, ab eo, qui ibi iurisdictionem habet. & n. 15.*

14. *De delictis dispositum etiam ad contractus pertinet.*

16. *Contrahens in mari, forum ibi contrahit, & coram ibi habente iurisdictionem potest conueniri.*

17. *Loco delicti, vel contractus, æqualiter, à duabus diuersæ iurisdictionis ciuitatibus distante, forum, in confinio, dicitur esse contractum.*

18. *Forum negocij in confinio maris contracti, est vtriusq; vtrinque iurisdictionem habentis.*

19. *Forum delicti in confinio terræ commissi, est vtriusq; domini vtrinq; habentis iurisdictionem.*

20. *Delicti in maris particulâ, vbi plurium iurisdictio est, commissi cognitio ad omnes pertinet, præferturq; qui cæteros præuenit ibid. n. 21.*

22. *Legis alicuius domini, quoad omnia ei subiecta loca, ius commune censentur.*

23. *Leges statutaq;, quibus dominus quisq; vtitur, seruanda sunt ab omnibus subiectis.*

24. *Statuta legesq; domini in mari iurisdictionem habentis seruanda sunt in mari.*

25. *Contra-*

25. *Contrahere in terrâ, forum sortitur in loco contractus, ibiq; potest conueniri.*

26. *Contrahens in mari forum ibi sortitur, conueniriq; debet coram eo, qui in mari iurisdictionem habet.*

27. *Statuta loci contractus inspicienda sunt, in contractu terrestri, tam a subditis, quàm extraneis.*

28. *Statuta loci contractus inspicienda in sollemnitate contractus*

29. *Contractus statuta inspicienda in vectigali soluendo.*

30. *Contractus statuta attendenda in probatione contractus.*

31. *Contractus statuta sequenda in praestanda euictione.*

32. *Contractus statuta amplectenda in translatione dominij.*

33. *Contractus statuta videnda in solutione faciendâ.*

34. *Contractus statuta tenenda in mensurâ, pondere, pecuniâ exquirendâ.*

35. *Contractus statuta audienda, in omnibus, quae ad causae decisionem pertinent.*

36. *Contractus statuta interpretantur verba eius.*

37. *Contractus statuta effectum eius indicant.*

38. *Contractus statuta quaerenda in impugnatione eius.*

39. *Contractus statuta inuestiganda in rescissione contractus.*

40. *In contractibus mari celebratis, statuta iurisdictionem ibi habentis attendimus, omnibus illis casibus, quibus statuta loci contractus, in terra initi, sequi tenemur.*

41. *In testamentis, iura loci terrestris, vbi condantur testamenta, attendimus, etiam quo ad bona extra territorium sita, ibid. n. 42. & siue subditus siue non subditus testetur. ibid. n. 43.*

44. *In testamento in mari condito inspici debent statuta, leges, consuetudines eius populi, ciuitatis, principis, qui in isto mari iurisdictionem habet: tàm à non subdito quàm subdito. ibidem num. 45. tamq; quo ad bona intra quam extra territorium sita, ibid. n. 46.*

47. Matis

47. *Maris consuetudo sequenda in negotijs marinis. fallit hoc in consuetudine expressè à iure ciuili reprobata ibid. num. 48. item, quando non specialiter, iuri eius domini, qui in mari iurisdictionem habet derogauit. ibid. n 50.*

49. *Maris consuetudo, in negocio marino, tunc demum servanda, cùm ea specialiter legibus statutisq; populi, ciuitatis vel principis, in mari iurisdictionem habentis, derogauit.*

52. *Iurisdictio, in terrâ, ad alium pertinens, ab alio praescribi potest.*

53. *Iurisdictio, in mari, vni competens, ab alio praescribi potest.*

55. *Territorum dicitur à terrendo.*

56. *Districtus appellatur à distringendo.*

57. *Territorij, siue districtus appellatione, quid contineatur.*

58. *Iurisdictionem in terrâ prope mare habens, etiam in mari terrendi, distringendi, submouendi potestatem habet.*

59. *Territorium non in terrâ tantum, sed etiam aqua dicitur.*

60. *Mare continetur etiam tàm territorij, quàm districtus nomine.*

61. *Mare, propriâ significatione, districtus appellatione continetur.*

62. *Interdictus districtu alicuius, etiam mari, eiusdem iurisdictioni subiecto, abstinere debet.*

63. *Territorij appellatione an mare propriè contineatur?*

64. *Bannitus de territorio alicuius, an etiam de mari [illegible] censeatur bannitus? & n. 65. 68.*

66. *Bannitoria sententia ratio, vt prouinciae, malo homine purgetur.*

67. *Prouinciae malis hominibus purganda ratio, non in terrâ modò, sed & in mari locum habet.*

69. *Ratio siue mens potius dispositionis, quàm verba attendenda.*

70. *Mens quibus casibus locum habet, illis omnibus etiam locum inuenit dispositio.*

71. *Mens legis vbi militat, ibi & lex.*

72. *Mens statuti vbi locum habet, ibi & statutum.*

73. *Mens rescripti vbi locum inuenit, ibi & rescriptum.*

74. *Mens*

74. *Mens priuilegij vbi obtinet locum, ibi & priuilegium.*

75. *Mens sententiæ vbi locum adipiscitur, ibi & sententia.*

76. *Mens dicti testis vbi locum consequitur, ibi & dictum ipsum.*

77. *Mens siue ratio vltima voluntatis, vbi locum cepit, ibi & vltima voluntas.*

78. *Ratio mandati, vbi locum nanciscitur, ibi & mandatum.*

79. *Ratio siue mens cuiusq; contractus, vbi viget, ibi & contractus ipse.*

80. *Maris iurisdictionem habens, non idcircò & possessionem habet.*

81. *Mare, & iurisdictio in mari separata sunt.*

82. *A separatis non fit illatio.*

83. *In Mari factum an ruri, an in ciuitate factum dicatur? & num. 87.*

84. *Ciuitas murorum ambitu determinatur.*

85. *Statutum, quòd delictum, in ciuitate commissum, iudicis arbitrio puniatur, non extenditur, ad delicta extra ciuitatem in territorio ciuitatis.*

86. *Mare & rus separata sunt.*

88. *Dispositio de factis in ciuitate vel ruri, ad facta marina non pertinet.*

CAeterum † licet mare omnibus commune sit, iurisdictio tamen in mari omnibus communis non est, sed ad illum spectat, qui in terra iuxta mare iurisdictionem habet, *l. vnica & ibi Bart. C. de class. lib. 12.* 1

Hinc † est quod Baldus dicit, quòd mare attribuatur terræ circumstanti. *in c. licet. Extra de fer.* 2

Et licet † aliqui Doctores velint, eum qui habet iurisdictionem in terra non habere iurisdictionem in mari vicino illi terræ, nisi vsq; ad centum milliaria tantum, *Bart. in tract. de Insul. ver. nullius enim esse creditur, n. 1.* 3

4 Verior † tamen est illorum Doctorum sententia, qui volunt, eum qui habet iurisdictionem in terrâ vicinâ mari, non tantùm intra sed etiam vltra centum milliaria cousq; nimirum, quo vsq; illud mare alteri terræ magis vicinum non est, iurisdictionem habere. *Arg. l. Insulæ ff. de iudic. Bald. l. pen. num. 3. C. de instit. & subst. Ioan. de Anan. c. 1. Extra de cleric. venat. Cæpol. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 26. n. 10. & 17. arg. glos. c. vbi periculum §. porro de Elect. lib. 6.*

5 Quæ † conclusio ampliatur primò, vt is, qui iurisdictionem in terrâ vicinâ mari habet, non tantùm in isto mari, sed etiam in insulis illius maris iurisdictionem habere intelligatur. *Bar. in tract. de insul. ver. nullius esse creditur num. 1. Bart. l. Insulæ, arg. ill. text. ff. de iudic. Cæpoll. in tract. de ser. rust. præd. cap. 26. n. 11.*

6 Secundò † hæc conclusio ampliatur, vt is qui habet iurisdictionem in terra, etiam in portu maris adiacente illi terræ, iurisdictionem habere censeatur. *Bart. l. Cæsar. arg. ill. text. ff. de public. Cæpoll. in tractat. de seruitut. rust. præd. cap. 28. n. 3.*

7 Tertiò † hæc conclusio ampliatur, vt sicut illi qui habent confines iurisdictiones in terra, finium regun-
8 dorum agere possunt: ita † quoq; & illi qui habent confines iurisdictiones in mari finium regundorum agere possint. *Bald. c. accedens col. 2. n. 5. Extra vt lit. non contest. & c. ex literis n. 11. Ext. de probat. Felin. d. c. Rudolphus n. 7.*

9 Quartò † hæc conclusio ampliatur, vt Imperator concedens alicui ciuitatem intelligatur hanc ciuitatem concessisse cum omnibus pertinentijs, omniq; iurisdictione ad illam ciuitatem tàm in mari quàm in terra pertinente, *Bald. l. beneficium col. 2. ff. de const. princ. Cæp. in tra. de ser. rust. præd. cap. 26. n. 19.* Ex

Ex † quo infertur primò, quòd sicut præses prouin- 10
ciæ debet purgare prouinciam malis hominibus per terram *l. congruit ff. de offic. præsid.* ita † quoque præses siue 11
magistratus debeat purgare prouinciam malis hominibus per mare, *l. vnic. & ibi Bart. C. de class. lib. 12.*

Secundò † ex hoc infertur, quod, sicut delinquens 12
in terra in loco delicti forum sortitur, atq; ibidem puniri potest: *l. 1. iunct. Authentica. Qua in prouincia C. vbi de crimin. ag. oport.* ita † quoq; & delinquens in mari, ibi fo- 13
rum contrahat, atq; ab eo, qui ibi iurisdictionem habet puniri possit, *d. l. vnica & ibi Bart. c. de class. lib. 12.*

Tertiò † cum dispositum de delictis etiam ad con- 14
tractus extendatur. *d. Authentica Qua in prouincia l. tàm ex contractibus ff. de iudic.* sequitur, † quod, sicut delin- 15
quens in mari, ibidem forum contrahit, ita quoq; † & 16
contrahens in mari ibidem forum contrahat, & coram illo qui in isto mari iurisdictionẽ habet, conueniri possit.

Si tamen † ille locus, in quo vel delictum commis- 17
sum vel contractus in mari celebratus fuit, æqualiter distet à duabus ciuitatibus distinctas iurisdictiones habentibus, & illud delictum dicitur esse commissum, & ille contractus censetur esse celebratus, in confinio, quod est commune vtriusq; ciuitatis, *arg. l. arbor in prin. & §. de vestibulo ff. comm. un. diuid.* ideoq; † ad vtramq; ciui- 18
tatem spectat cognitio huius tàm criminis quàm contractus. *Ang d. l. sanc si maris Cæpoll. in tract. de seruit. rustic. præd. cap. 26. num. 19. Felin. d. c. Rudolphus num. 7.* perinde † atq; si illius delicti, quod in confinibus duarum 19
ciuitatum in terra commissum est, ad vtramq; ciuitatẽ spectat. *Bald. d. l. arbor in prin. & in l. si plures n. 15. C. de cond. inser. Soc. c. postul. n. 7. ext. de for. comp. Hier. de Mon. in tr. de fin. cap. 7. n. 10.*

Pp 2 Et

20 Et † ſi in illa particula maris, in qua plures imperi-
um ſiue iuriſdictionem habent, delictum commiſſum
fuerit, ad omnes illos, qui in iſtâ particulâ maris iuriſdi-
21 ctionem habent, cognitio illius delicti ſpectat, & † is re-
liquis præfertur, qui alios præuenit. *Ang. d. l. ſane ſi ma-
ris. Ioan. de Anan. c. 1. de Cleric. venat. Cæpol. in tract. de
ſeruit. ruſtic. præd. cap. 26. num. 19. Felin. d. c. Rudolphus n.
7. arg. l. pluribus ff. de procurat. l. ſi quis poſteaquam ff. de
iudic. l. ſi pluribus & ibi Bart. ff. de legat. 1.*

22 Porrò † cum leges alicuius principis vel ciuitatis,
quo ad omnia loca illi principi vel ciuitati ſubiecta, ius
commune cenſeantur. *Rom. conſ. 258. incip. præſens caſus
23 Socin. conſ. 81. lib. 1.* atq; † in omnibus locis ſubiectis ali-
cui principi vel ciuitati ſint ſeruandæ illæ leges atq; ſta-
tuta, quibus vtitur ille princeps vel ciuitas cui illa loca
ſubiecta ſunt. *Bart. l. ſi conuenerit §. ſi nuda ff. de pignor.
24 act. Iaſon. l. ſi eadem ff. de aſſeſſor.* Sequitur † ſimili modo
& in mari ſeruanda ſtatuta vel leges illius populi, vel
principis, qui in iſto mari iuriſdictionem habet.

25 Ideoq; † ſicut is, qui contrahit in loco terreſtri fo-
rum ſortitur in loco contractus, & coram eo qui in iſto
loco iuriſdictionem habet, conueniri poteſt, *l. hæres ab-
ſens §. antepen. & ibi gloſ. ff. de iudic. Authentica qua in pro-
uincia C. vbi de crimin. ag. oport. c. fin. & ibi Abb. Extra de
26 for. compet* : ita † quoq; & is qui in mari contrahit, ibi fo-
rum ſortiri, & coram eo qui in iſto mari iuriſdictionem
habet conueniri debet.

27 Et † ſicut in contractibus celebratis in loco aliquo
terreſtri, tàm à ſubditis quàm à non ſubditis, inſpicien-
da ſunt ſtatuta atq; leges illius loci in quo contractus
28 celebrati ſunt, ſiue † agamus de ſolennitate in contractu
requiſita.

requisita. *Bart. Bald. & Iason. l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Corn. cons. 94. num. 8. lib. 2. cons. 64. lib. 3. cons. 232. num. 5. lib. 4. Cardin. Paris. cons. 99. num. 54. lib. 1.* siue
† de vectigali soluendo, de contractu, *Bald. l. 1. quæst. 15.* 29
C. de contrah. empt. Bald. l. 1 C. vbi conuen. qui cert. loc. Anton. de Butr. & Abb. c. fin. & ibi Felin. num. 18. Extra de for. competent. Iason. l. 1. lectur. 1. num. 18. & lect. 2. num. 56. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. siue † de probando 30
contractum *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. nunc dicendum vers. in priuatorum de instrum. edit. Bald. l. 1. num. 21. & ibi Ias. num. 23. C. de summ. Trinit. & in l. sed receptitio C. de non numer. pecun. Itemq; in l. exemplo C. de probat. & in l. si non speciali C. de testam. Card. Paris. cons. 83. num. 10. & cons. 120. num. 7. lib. 1.* siue † de euictione præstanda. 31
l. si fundus ff. de euiction. siue † de dominio transferendo, 32
Socin. cons. 276. lib. 2. & cons. 103. lib. 4. siue † de solutio- 33
ne facienda. *Alex. cons. 37. lib. 2.* siue † de qua mensu- 34
ra, pondere vel pecunia contrahentes sensisse intelligantur. *Bart. l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. Alex. cons. 21. lib. 2. arg. l. Imperatores ff. de contrah. empt.* siue † 35
de omnibus illis, quæ vel causæ decisionem, *Bart. Bald. & Iason. l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Abb. c. fin. n. 30. Extra de for. competent. Socin. cons. 239. num. 3. cons. 271. num. 7. & cons. 281. num. 7. lib. 2. cons. 79. num. 16. & cons. 303. num. 18. lib. 4.* vel † interpretationem verbo- 36
rum, effectum, † *Bart. l. vt iusiurandi. §. si liberi. ff. de* 37
oper. libert. & in l. contraxisse ff. de act. & oblig. impugnationem, † *Bald. l. 1. C. ne fil. pro patr. Ias. l. 1. num. 22* 38
lect. 1. & num. 39. lect. 2. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. vel † rescissionem contractus respiciunt, *Bald. d. l. 1. & ibi* 39
Bart. num. 20. C. de summ. Trinitat. Bart. Bald. & Iason.

l. 2. in princip. ff. de eo quod cert. loc.

40 Ita † quoq; in contractibus celebratis in mari, quo-
ad hæc omnia inſpicienda at q; ſequenda ſint ſtatuta &
leges illius populi, ciuitatis vel principis, qui in iſto ma ri
iuriſdictionem habet.

41 Et † ſicut in teſtamentis inſpicimus leges, ſtatuta
& conſuetudines illius loci terreſtris, in quo teſtamen-
42 tum conditum eſt, etiam † quo ad bona extra territori-
43 um illius loci ſita; ſiue † illud teſtamentum à ſubdito,
ſiue à non ſubdito conſcriptum fuerit *Iacob. Butrig. &
Guilh. de Cugn. l. 1. & ibi Bart. num. 37. & Iaſon. num. 40.
& 44. in lect. 1. & num. 82. vſque ad fin. lect. 2. C. de ſumm.
Trinit. & fid. Cathol. Bart. Bald. & Ias. l. ſi non ſpeciali, arg.
ill. text. C. de teſtam. Bart. repetit. l. de quibus ff. de ll. Co-
menſis conſ. 75. incip. Titius Lucanus. Card. Paris. conſ. 12.
num. 46. lib. 3. arg. l. is apud quem C. de edend. l. ne in ar-
bitris circ. fin. C. de arbitr. l. omnium & l. fin. C. de teſta-
ment. l. 2. C. Quemadmodum teſtament. aper. l. ne cauſas
& l. à proconſulibus C. de appellat. l. in hac & ibi Bald. & l.
data C. de donat. l. 1. C. de emancipat. l. fin. C. de præſcript.
long. temp. l. propter litem §. licet ff. de excuſat. tutor. magis
puto, §. non paſſim ff. de reb. eor. l. 1. cui bonis ff. de verb. oblig.
iunct. l. Iulianus ff. de curat. furioſ.*

44 Ita † quoque & in teſtamento condito in mari in-
ſpici atque ſeruari debent ſtatuta, leges atque conſue-
tudines illius populi, ciuitatis vel principis, qui in iſto
45 mari iuriſdictionem habet, ſiue † hoc teſtamentum ſit
46 conditum à ſubdito, ſiue à non ſubdito: item † tàm
quoad bona intra, quàm extra territorium ſita.

47 Nec † obſtat, quod in decidendis negotijs geſtis in
mari

mari consuetudo maris & attendenda & seruanda sit, *l. obseruare §. ingressus & ibi Bald. ff. de offic. procons. l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iact. §. fin. Authentica de vsur. naut. Bald. cons. 58. num. 2. lib. 2. Cæpoll. in tractat. de seruitut. rustic. prædior. cap. 26. num. 18. Petr. Santerna in tractat. de Sponsion. mercat. 3. part. num.* 1. nisi † illa 48
consuetudo expresse à iure ciuili reprobata sit. *d. l. deprecatio Authentica Nauigia C. de furt. glos. §. fin. Authentica de vsur. naut. Cæpoll. in tractat. d. seru. rust. præd. cap. 26. num. 18. Petr. Santerna in d. tractat. de spons. mercat. 3. part. n. 1.*

Namq; † hoc ita demum verum est, quando speci- 49
ali consuetudine maris derogatum est legibus atq; statutis illius populi, ciuitatis vel principis, qui in isto mari iurisdictionem habet, *arg. l. de quibus ff. de ll. §. sed naturalia instit. de iur. nat. gent. & ciuil.*

Secus † autem est, si statutis vel legibus illius popu- 50
li, ciuitatis vel principis, qui in mari iurisdictionem habet, speciali consuetudine maris derogatum non sit: tunc enim in negotijs gestis in mari attendendæ atq; seruandæ sunt leges illius populi, ciuitatis vel principis, qui in mari isto iurisdictionem habet, *arg. d. l. de quibus. l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. l. leges Sacratissimæ C. de ll. l. 1. §. sed et si quæ leges C. de veter. iur. enucl. §. fin. inst. de satisd.*

Hæc † tamen conclusio, quæ vult eum, qui habet 51
iurisdictionem in terra, etiam in mari, quod est iuxta illam terram, iurisdictionem habere, fallit, si alius hanc iurisdictionem in mari præscripserit.

Namq; † dubij iuris non est, quod, sicut iurisdictio in 52
terra ad alium pertinens, ab alio præscribi potest, *Bart.*

l. 1.

l. 1. §. deniq. ff. de aq. pluv. arc. & in l. si publican. §. fin. ff. de public. Bald. Alb. & Iason. l. imperium ff. de iurisdict. omn. iudic. Francis. Balb. in tractat. de praescript. 2. part. 5. part. principal. quaest. 3. arg. l. viros C. de diuers. offic. lib. 12. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. c. irrefragabili §. 1. Extra de offic. ordin. c. cum contingat & ibi Abb. Extra de for. compet. c. super quibusdam §. praeterea. Extra de verb. signif.

53 Ita † & iurisdictio in mari vni competens, ab alio praescribi possit. *Caepol. in tract. de seruitut. rustic. praed. cap. 26. num. 3. & 4. arg. l. hoc iure §. ductus aquar. ff. de aq. quott. & aestiv. l. vsum aquae & ibi glos. C. de aq. duct. lib.*

54 *11.* Deinde † quoq; hoc non procedit, si is qui habet iurisdictionem in terra prope mare, illam iurisdictionem alteri vendiderit, donauerit, vel alio titulo concesserit, *arg. l. venditor in prin. ff. comm. praed.*

55 Et † cum territorium à terrendo, *l. pupillus. §. territorium & ibi Bart. ff. de verb. signif. Felin. c. Rudolphus n.*

56 *15. Extra de rescript.* & † districtus à distringendo dicatur.

57 *Abb. cons. 20. num. 1. lib.* 1. receptum est, † omnem illum locum, in quo quis terrendi siue submouendi potestatem habet, territorij & districtus appellatione contineri. *Abb. cons. 20. num. 1. lib. 1. Aret. cons. 77. Felin. d. c. Rudolphus n. 17. Dec. cons. 534. n. 7. & cons. 649. n. 6. & 7. Socin. Iun. cons. 68. n. 7.*

58 Cum † itaq; is, qui habet iurisdictionem, in terrâ, prope mare, etiam in ipsa mari habeat terrendi, distringendi, submouendi potestatem, *l. vnic. C. de classic. lib.*

59 *12.* certi † iuris est, territorium non tantum in terrâ, sed etiam in aquâ dici. *Bald. c. accedens el. 2. Extra vt lit. non*

60 *cont. Felin. c. Rudolphus num. 7.* & † appellatione tàm territorij quàm districtus etiam mare comprehendi. *glos. c. vbi*

vbi periculum §. porro, verb. territorio & ibi Domin. & Doctores de Elect. lib. 6. Cæpol. in tract. de seruit. rustic. prædior. cap. 26. n. 26.

Quod vsq; † adeo verum est, vt appellatione distri- 61
ctus etiam secundum veram genuinam & propriam vocabuli significationem mare contineatur. *Bald. c. licet. Extra de probat. Bald. Rubr. Quæ sint reg. Cæpol. in tractat. de seruit. rustic. præd. cap. 26. num. 27. & 28.* eamq; † ob 62
causam is, cui districtus alicuius principis vel ciuitatis interdictus est, etiam mari in quo illa ciuitas vel princeps iurisdictionem habet, se abstinere debeat. *Felin. d. c. Rudolphus num. 7. vers. declarantur*: licet & in hoc contrarium sed minùs rectè teneat *Domin. in d. §. porro.*

Et † licet aliqui Doctores tradiderunt, appellatione 63
territorij, secundum propriam & strictam vocabuli significationem mare non comprehendi *Bald. d. c. licet. Extra de probat. & in d. Rubr. Quæ sint regal.* & † eam ob 64
causam bannitum de territorio alicuius ciuitatis, de mari illi ciuitati subiecto bannitum non censeri, *Domin. d. §. porro.* Ego † tamen veriorem iudico illorum Docto- 65
rum sententiam, qui volunt, bannitum propter delictum, de territorio alicuius ciuitatis, vel principis, etiam de mari, in quo illa ciuitas vel princeps iurisdictionem habet, bannitum intelligi. *Felin. d. c. Rudolphus n. 7. vers. declarantur.*

Namq; † cum sententiæ banni propter delictum 66
latæ ratio sit illa, vt hoc malo homine, territorium vel
prouincia purgetur, atq; † hæc ratio habeat non in ter- 67
ra modo, sed & in mari locum, omninò † dicendum est 68
bannitum de alicuius territorio propter delictum aliquod etiam de mari illi subiecto bannitum intelligi, etiam

iam posito veram esse illorum Doctorum sententiam qui volunt appellatione territorij secundum propriam atq; strictam vocabuli significationem mare non comprehendi.

69 Namq; † certi & indubitati iuris est, mentem potius siue rationem alicuius dispositionis, quàm verba, &
70 attendendam & sequendam, & † in omnibus illis casibus in quibus mens dispositionis locum habet, etiam ipsam
71 dispositionem locum habere, siue † illa dispositio sit lex, l. scire leges ff. de ll. l. pen. ff. ad exhib. l. credendum ff. Qui pet. tutor. l. 2. §. si mater vers. Quid si curatorem, & vers.
72 Quid ergo si non fuerit ff. ad S.C. Tertull. siue † statutum, Bart. l. contra legem ff. de ll. Bart. l. omnes populi 6. quæst.
73 prin. vers. iuxta præmissa ff. de iustit. & iur. siue † rescriptum glos. c. mandatum arg. ill. text. extra de resc. glos. c. dilecti filij verb. nec fuit intentionis ex eod. tit. gl. c. si propter
74 tua, verb. intentionis arg. ill. text. de rescript. lib. 6. siue † priuilegium c. ex multiplici & ibi glos. Extra de decim. siue
75 iuramentum, arg. c. ad nostram el 3. extra de iureiur. siue †
76 sententia Abb. c. præterea, c. pen. Extra de appell. siue † depositio testis, Bald. c. cum Ecclesia Sutrina col. 2. vers. quinto nota. Extra de causs. possess. & propriet. Curt. Sen. in tractat.
77 de test. Concl. 46. siue † vltima voluntas, l. 3. & ibi Iason.
78 C. de lib. præter. l. non aliter in prin. ff. de legat. 3. siue †
79 mandatum. l. fin. §. fin. ff. Mand. siue † alius quilibet contractus. l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poss.

80 Porrò † licet aliqui Doctores velint, eum, qui habet iurisdictionem in mari intelligi mare possidere. Cæpol. in tract. de seru. rust. præd. cap. 26. n. 9. ego tamen hanc sententiam veram non iudico.

81 Nam † certum est aliud esse mare, aliud esse iurisdi-

ctionem

ctionem in mari: & simili modo † certum est, quod à diuersis siue separatis non fiat illatio. *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinian. exuli ff. de minor. l. si maritus la 1. C. de donat. int. vir. & vxor.* 82

Vtrum † autem factum in mari, in ciuitate, an vero ruri factum dicatur, Doctores distinguunt, vtrum; illud sit factum in mari vicino ciuitati, an verò in mari vicino ruri: & concludunt, primò casu factum in mari, in ciuitate factum censeri: secundò verò casu factum in mari, ruri factum intelligi. *Andr. Barbat. Clem. ne Romani §. sane de Elect. Felin. c. Rudolphus n. 7. vers. tertia declaratio. Extra de rescript. arg. l. quæ religiosis in prin. ff. de rei vend.* 83

Cum † tamen tàm vrbs quàm ciuitas murorum ambitu determinetur, *l. nam quod liquide §. si ita ff. de pign. legat. l. 2. & ibi Bart. ff. de verb. signif. c. si ciuitas de senten. excom. lib. 6. glos. pen. in fin. c. accepimus Extra de ætat. & qual.* vsq; adeò, † vt statutum sanciens, vt delictum commissum in ciuitate arbitrio iudicis puniatur, non extendatur ad delicta commissa extra ciuitatem in territorio illius ciuitatis. *Bald. c. Rudolphus & ibi Felin. num. 2. Extra de rescript.* & † aliud sit mare aliud verò rus, *arg. l. si idem C. de Codicill.* Ego † credo, secundum propriam atq; veram significationem vocabuli, factum in mari, neque in ciuitate, neq; ruri factum censeri, eamq; † ob causam, dispositionem loquentem, de factis in ciuitate, vel ruri, non extendi ad facta in mari vicino illi ciuitati, vel ruri, *Arg. l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercit. action.* 84 85 86 87 88



§ VICESIMVS NONVS.

In quo tractatur secunda limitatio regulæ, quòd mare omnibus commune sit, explicaturq́; cuius sit dominium vniuersale in mari.

SVMMARIA.

1. *Mundi vniuersale dominium ad Imperatorem spectat.*
2. *Maris vniuersale dominium Imperatoris est.*

1 SEcundò † licet mare omnibus commune sit, vniuersale tamen dominium, sicut totius mundi. *l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iact. Bart. in constit. ad reprimendum ver. totius orbis, & in l. 1. §. per*
2 *hanc ff. de rei vendic.* ita † quoq; & maris, ad Imperatorem spectare iudico. *Bart. in tractat. de Insul. ver. nullius esse creditur num. 3. Cæpol. in tract. de seru. rustic. præd. cap. 26. n. 16. facit id quod tradit Bart. in tract. de Alueo, ver. publico iuris gentium.*



§ TRICE-

§. TRICESIMVS.

In quo explicatur tertia limitatio regulæ illius, quòd mare omnibus commune sit, ostenditurq; maris partem etiam priuati esse posse.

SVMMARIA.

1. *Mare non est commune omnibus, si Imperator alicui dominium particulæ alicuius maris concesserit.*

2. *Maris in parte certa Imperator dominium alicui concedere potest.*

TErtiò licet mare omnibus commune sit, hoc † 1 tamen fallit si Imperator alicui, dominium alicuius particulæ maris concesserit. Namque † 2 Imperatorem id facere posse traditum est. *l. sane si maris iunct. gloss. ff. de iniur. Cæpoll. in tractat. de seruitut. rusticor. prædior. cap. 26. num. 8. & 9. facit l. quo minùs ff. de fluminib. glos. & Bart. l. continuus §. cumquis ff. de verb. oblig. Bart. in tractat. de Alu. verb. public. iurisgentium.*



§. TRICESIMVS PRIMVS.

In quo quarta limitatio regulæ, de maris communitate, explicatur: de vsu & quasi possessione maris.

SVMMARIA.

1. Maris vsus siue quasi possessio præscribi potest.

2. Communium, iure gentium, rerum vsus & quasi possessio præscribi potest.

3. Quasi possessionis rerum, iure gentium, communium, effectus.

4. Quasi possessionem maris habens, potest agere contra turbantem.

5. Quasi possessionem maris habens prohibere potest alium, ne, se inuito, mare ingrediatur.

6. Maris dominium præscribi à possidente potest. declaratur hic ibid. n. 7.

8. Maris particula præscribi potest à possidente, cum rescripto, vel priuilegio principis.

QVartò, licet mare omnibus commune sit,
1 vsum † tamen siue quasi possessionem tàm
2 maris quàm aliorum † omnium, quæ iure-
gentium communia sunt, præscribi posse,
tradit *Angel. cons. 290. incip. Thema tale est, inter cætera capite pacis &c. col. 2. Cæpoll. in tract. de seru. rust. præd. cap. 26. n. 8. Iason. l. quo minùs n. 100. ff. de flumi. Francis. Balb. in tract. de præscript. 4. part. 5. part. principal. quæst. 6. n. 10. Aym. Crauetta in tract. de antiq. tempor. 4. part. §. materia ista n. 80,*

Cuius

Cuius † quasi possessionis effectum duplicem esse 3
Doctores tradiderunt. Namq; † primò is, qui hanc quasi 4
possessionem habet, contra turbantem agere potest *l. sane si maris ff. de iniur.*

Secundò, † is qui hanc quasi possessionem maris 5
habet, prohibere potest, ne quis alius ipso inuito illud mare ingrediatur, *arg. l. si quisquam ff. de diuers. & tempor. præscript.*

Quin imò † non tantum quasi possessionem, sed et- 6
iam dominium maris præscribi posse ab eo, qui est in quasi possessione maris, ego verius esse iudico, *cum Aym. Crau. in tract. de antiq. tempor. 4. part. §. materia ista n. 83. arg. l. sane si maris iunct. glos. ff. de iniur. l. si quisquam ff. de diuers. & temp. præs. l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

Et hoc † absq; omni dubio verum est, quando præ- 7
scribens non vtitur solo cursu temporis, sed nititur etiam rescripto siue priuilegio Imperatoris, quod ex cursu temporis probare vult. Namq; † hoc casu dominium 8
alicuius particulæ maris præscribi posse omni dubio caret. *Cæpoll. in tract. de seruit. rustic. prædior. cap. 26. n. 8. arg. glos. l. fin. in prin. ff. de vsuc. glos. l. si quisquam ff. de diuers. & tempor. præscript.*



§ TRICE-

§. TRICESIMVS SECVNDVS.

In quo quinta limitatio regulæ de communitate maris explicatur, tractatq́ quæstionem de mensura dietæ, & periculo nauigationis in mari.

SVMMARIA.

1. *Via terrestris non maritima in mensura dietæ attendenda etiamsi via maritima breuior sit. declaratur ibid. n. 15. 16. 17. 18. limitatur ibid. n. 21.*

2. *Socius in culpa dicitur esse, qui merces per mare vexit, cum terrâ vehere potuisset.*

3. *Nauigatio periculosa & incerta est.*

4. *Nauigans se varijs periculis subijcit, nec motu proprio, sed ventis regitur.*

5. *Nauiganti, propinqua mortis, periculum imminere censetur.*

6. *Maris procellæ inexorabiles sunt, nemini parcunt.*

7. *Maris procellæ, homini potenti, & crudeli, æquiparantur.*

8. Πῦρ καὶ θάλασσα, γυνὴ κακὰ τρία.

9. Ἀμαχον κῦμα θαλάσσης.

10. *Nauigantes, à Biante, nec inter viuos, nec mortuos recensiti.*

11. *Nauigantes tantum à morte absunt, Anacharsydis Scythæ iudicio, quot digitorum craßitudinem nauis continet.*

12. *Satyrici dictum, de nauigantium periculo.*

13. *Propertius execratus est primum nauigatorem.*

14. *Catonem trium pœnituit, arcanum mulieri credidisse: aquâ traiecisse, quà terrâ peruenire potuit: & diem sine studio transmisisse.*

15. *Nauigans mari quibus casibus in culpa dicatur? & n. 16. 17. 18. quibus non ibid. n. 22.*

19. *Via terrestris securior est viâ maritimâ.*

20. Via

20. *Via securior, cæteris paribus, præferenda.*
23. *Dietæ mensuratio alia per mare quàm per terram.*
24. *Dietam in terra constituunt viginti millia passuum.*
25. *Dietâ vnâ in mari minùs sunt quinquaginta milliaria.*

QVintò licet mare omnibus commune sit, in † men- 1
sura tamen dietæ, via terrestris, & non maritima
attendi debet, etiamsi via maritima breuior sit, *Goffred.
Hostien. & Ioan. Andr. c. olim & ibi Dec. num. 6. Extra de
except. Anton. de Butrig. Immol. & Doctores c. nonnulli in
prin. Extra de rescript. Immol. l. continuus §. cum ita ff. de
verb. oblig Iason. l. 1. num. 8. ff. si quis caution.* vsque adeò 2
† vt in culpa dicatur esse socius qui merces quas terra
aduehere potuisset, per mare aduexit. *l. cum duobus §.
damnum in fin. ff. pro Soc. Beneuen. Strac. in tractat. de naui-
gat. n. 3.*

Tum † quia Imperator nauigationem periculosam 3
& incertam appellat. *l. ciuitas C. de offic. rect. prouinc.
Bald. cons. 395. incip. pro domino Arnoldo col. fin. lib. 2.*

Tum, † quia nauigans se varijs periculis subijcit, 4
nec motu proprio, sed ventis regitur. *glos. c. nouimus 17.
q. 2.* vsque † adeò, vt ei, qui nauigat propinquæ mortis 5
periculum imminere censeatur. *l. 3. ff. de donat. causs.
mort.*

Tum † etiam, quia maris procellæ sunt inexorabi- 6
les, nemini parcunt, atq; † homini potenti atq; crudeli 7
æquiparantur. *Bald. & Salic. l. 2 C. de naut. fœn.* Hinc
† Menander inquit πῦρ καὶ θάλασσα, γυνὴ κακὰ τρία. hoc 8
est, Ignis & mare & mulier mala tria. & † Aeschylus in 9
persis scriptum reliquit, Αμαχον κῦμα θαλάσσης. id est,
Inexpugnabilis vnda maris.

11 Huc † accedit quod Bias Philosophus nauigantes nec inter viuos nec mortuos esse censebat: quodque † Anacharsys Scytes dicere consueuerat, nauigantes tantum abesse à morte quantum digitorum nauis esset
12 crassitudo, cui etiam † Satyricus adstipulatur inquens:

——— Digitis à morte remotis,
Quatuor aut septem si sit latissima tæda.

13 His † adde, quod & Propertius execratus est eum, qui primus ausus fuit se mari committere inquiens:

Ah pereat quicumq; rates & vela parauit
Primus, & inuito gurgite fecit iter.

14 Quodq; † Plutarchus refert Catonem dicere consueuisse; Se pro tribus rebus per omnem vitam pœnitentiam egisse, si quod arcanum mulieri credidisset; si per aquam traiecisset, quo poterat terrâ proficisci, si aliquis dies per incuriam sine studio transijsset; *cum similibus adductis à Tiraquello in tractat. de nobilitat. cap. 31. n. 593.*

15 Et hoc † absq; omni dubio procedit vel quando in mari tempestas est, *arg. l. 2. §. si quis tamen ff. si quis cauti-*
16 *on. l. qui petitorio §. fin. ff. de rei vendic.* vel † quando iter
17 per mare in aliquo loco vsitatum non est: tunc † enim is qui per mare iter facit, cum per terram proficisci potuisset culpa non caret. *arg. l. 1. §. 1. & ibi Bald. ff. de his qui deiecer. l. cum proponas & ibi Bart. C. de naut. fæn. Bart. & Ias. l. 1. ff. si quis caut. Alex. cons. 22. lib. 4.*

18 Idem † est, si vtraq; via æque sit vsitata. Namque
19 † certum est, viam per terram esse magis securam & minùs periculosam, quàm est via per mare *Bald. l. 2. C. de naut. fæn. Dec. c. olim. num. 6. Extra de except.* & certum est,

eſt, † quod cæteris paribus via ſecurior præferenda ſit. 20 *Bart. l. 1. ff. ſi quis cation.*

Extra † hos caſus verò, menſuratio dietæ æque per 21 mare, vt per terram facienda eſt. *Dec. c. olim. num. 6. Extra de except.* Et † is qui per mare proficiſcitur, culpa ca- 22 ret, *arg. l. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis caut. l. vtiq; §. fin. & l. qui petitorio in fin. ff. de rei vendicat.*

Aliter † tamen dietæ menſurantur per mare, quàm 23 per terram. Namq; † viginti millia paſſuum in terra di- 24 etam iuſtam conſtituunt. *l. 1. & ibi Bart. Iaſon. & Doctores ff. ſi quis caut.* quinquaginta † verò milliaria per ma- 25 re, minus quàm vna dieta cenſentur. *Bart. in tractat. de Inſul. ver. nullius eſſe creditur. Felin. c. olim. 7. n. 7. ex. de except.*

§. TRICESIMVS TERTIVS.

In quo ſexta limitatio regulæ, de communitate maris proponitur, habens explicationem de culpa non benè nauigantium.

SVMMARIA.

1. *Nautarum culpæ imputatur, ſi nauigant in mari tempore vetito.*
2. *Nautæ in culpa ſunt nauigantes in mari aduerſo tempore.*
3. *Nautæ in culpa ſunt nauigantes, poſt tempus conuentum.*
4. *Nautæ ſunt in culpa ſi inuitati flatu proſperiore, ſine causâ, in portu manent.*
5. *Nautæ in culpa ſunt littora deuia ſectantes. fallit ſi iuſta cauſa id faciant. ibid. n. 6.*

7. *Nautæ in culpa non sunt iter insolitum ingredientes reficiendæ nauis gratiâ.*

8. *Nautæ non sunt in culpa, si conseruandi iuris sui gratia, iter insolitum ingrediantur.*

9. *Nauta in culpa est, nauigans per loca, notoriè non tuta.*

10. *Nauta in culpa est qui cum per lacunas, absq; periculo nauigare potuit, per mare proficiscitur.*

SExtò licet mare omnibus commune sit, † tamen
1 † culpæ nautarum imputatur, qui nauigant in mari vel tempore vetito. *glos. l. qui petitorio §.*
2 *fin. ff. de rei vindic.* vel † aduerso, *l. vtiq; §. fin. & l. qui pe-*
3 *titorio ff. d. tit.* vel † post tempus conuentum. *l. qui Ro-*
4 *mæ §. Callimachus & ibi Bald. ff. de verb. oblig.* vel † qui, cum prosperior flatus ad nauigandum inuitat, sine causa in portu permanent. *l. fin. C. de nauicul. lib. 11. l. 2. §. si quis tamen ff. si quis caution. Bald. cons. 395. num. 7. & 8. lib.*
5 *2. Corn. cons. 273. num. 26. lib. 2.* vel † qui rectâ nauigatione contemptâ littora deuia sectantur, *arg. l. qui fiscales, & ibi Bart. C. de nauicul. lib. 11. l. cum proponas & ibi Bart.*
6 *Bald. & Salic. C. de naut. fænor.* nisi † nauta iusta causa motus rectam nauigationem non seruauerit, vt puta, si vel impetu ventorum aut tempestatis vel metu pyratarum nauta coactus fuerit à recta nauigatione declinare. *Salic. l. cum proponas & ibi Bald. num. 11. C. de nautic. fænor. Bertach. in tract. de Gabell. vlt. parte num. 58. arg. l. 2. § si quis tamen ff. si quis caution. l. Cæsar ff. de public. l. vno ff. de liberal. caus.*

7 Idem † est, si vel reficiendæ nauis gratia, *Beneuen. Strac. in tract. de naut. & nauib. & nauigat. 3. part. in prin.*
8 *num. 6.* vel † iuris sui conseruandi causa, nauta iter insolitum ingressus fuerit. *Bald. d. l. cum proponas n. 11. arg. l. cum de indebito ff. de probat.*

Simili

Similiter † & is in culpa eſt, qui vel per loca notoriè 9
non tuta nauigat. *Arg. l. qui petitorio* §. *qui in rem ff. de rei vendicat. l. ſi pecuniam* §. *fin. ff. de condict. ob cauſ.* vel † 10
qui cum potuit per lacunas abſque periculo nauigare, ſpretâ tutâ nauigatione per mare proficiſcitur. *Salic. l. cum proponas C. de naut. fœnor.*

§ TRICESIMVS QVARTVS.

In quo ſeptima limitatio regulæ de communitate maris explicatur, oſtenditurq́ an inſignijs illicitis in mari vti liceat.

SVMMARIA.

1. *Inſignijs illicitis vti, in terrâ, non licet.*
2. *Inſignijs illicitis in mari non licet vti.*

SEptimò licet mare omnibus commune ſit, tamen † 1
vt in terra *l. eos ff. ad leg. Cornel. de falſ.* ita † quoq; & 2
in mari illicitis inſignijs vti prohibitum eſt. *Beneu. Strac. in tract. de naut. nauib. & nauig. 3. part. n. 23.*

§ TRICESIMVS QVINTVS.


In quo octaua limitatio regulæ de maris communitate affertur, tractaturq́ de damno à naui, in mari, dato.

SVMMARIA.

1. Nauis, quæ damnum alteri dedit, is cuius hoc culpa factum est, damnum passo, tenetur ad interesse. ampliatur hoc, tàm in nauta, quàm ipso domino nauis. ibid. n. 2.

1 Octauò licet mare omnibus commune sit, tamen † is cuius culpa nauis alteri damnum dedit, damnum passo, ad id, quod interest tenetur, si-
2 ue † is, cuius culpa damnum alteri illatum fuit, nauta sit, siue dominus nauis. *l. quemadmodum §. si nauis §. idem Labeo ff. ad leg. Aquil.*

FINIS.



INDEX

INDEX.

A.

noui

Cler.

D.

Dicti

Delicti.

F.

Fructuum

Haeres

H.

I.

L.

Molen-

Molen-

N.

O.

Prin.


Statu-

T.

Testis


Tituli

Finis huius Indicis.



LIPSIÆ
Sumtibus Henningi Grosij.





Valentin amEnde imprimebat.
ANNO M. DC.VI.

